

229. Gloria omnium Deus; divinum divina natura, principium universorum, Deus, mens, natura, actus, necessitas, et finis et renovatio. *Ibid.*, cap. 3.
230. Sol Deus decorum celestium præstantissimus, soli Cœlestes reliqui (veluti principi regique) parent. *Ibid.*, cap. 5.
231. Sempiternus, immortalis, ingenitus Deus est. *Ibid.*, cap. 8.
232. Deus est bonum, pulchrum, beatitudo, sapientia, æternitas, essentia, ipsum idem. *Ibid.*, cap. 11.
233. Ipsum Deum, unum quidem credimus esse. *Ibid.*, circa mod.
234. Nonne invisibilis est Deus? *Ibid.*
235. Dei membra sunt, vita, immortalitas, providentia, natura, mens, ipsum bonum. *Ibid.*, cap. 12.
236. Est qui factor genitorum, atque is ingenuus ut genitis antiquior sit; genita enim diximus ab alio fluere. Nihil autem præter ingenitum, genitis esse potest antiquius, unicus quippe solique revera est; cum nihil omnino ipsum præcedat. Præterea genita, visibilia sunt; invisibilis est ille ingenuus. *Ibid.*, cap. 14.
237. Deum cognominato propter potentiam, factorem propter actum, patrem denique propter bonum. *Ibid.*
238. Ipsum cœlum plenum est Deo. *De voluntate divina*, cui titulus *Aseleptus*, cap. 2.
239. Deus sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit; hic est, hic fuit, hic erit semper. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura Dei. *Ibid.*, cap. 7.
240. Solus Deus, et merito solus in se et a se, et circum se totus est, plenus atque perfectus, isque sua firma stabilitas est, nec alienus impulsus, nec loco moveri potest; cum in eo sint omnia, et in omnibus ipse est solus. *Ibid.*, cap. 11.
241. Deus semper stabilis fuit, semperque cum eo similiter æternitas consistit. *Ibid.*
242. Hoc quod est in Deo, infinitum, incomprehensibile, inestimabile est; nec sustineri, nec ferri, nec indagari potest. *Ibid.*
243. Ad unum solumque Deum tendamus, incomparabile enim bonum est, sine termino infinitum. Libro 4, *de Potest. et sap. Dei*, cui titulus *Pimander*, cap. 4.
- Vide etiam tit. *Esse*, fere per totum; *Fructus*, sent. 37; *Luz*, sent. 66, 81; *Magnum*, sent. 2; *Nomen*, sent. 72; *Occasio*, sent. 33; *Odiū* in genere, sent. 10; *Pedagogia*, sentent. 18; *Philosophia*, sentent. 33, 34; *Virtutes Theolog.*, sent. 47.
- Insuper vide *Amicitia Dei*; *Amor Dei*; *Auxi-*

um divinum; *Beneficium Dei*; *Charitas Dei*; *Cognitio Dei*; *Desertio Dei*; *Dilectio Dei*; *Floctatum Dei*; *Gratia Dei*; *Ira Dei*; *Judicium Dei*; *Justitia Dei*; *Laus Dei*; *Liberalitas Dei*; *Misericordia Dei*; *Odiū Dei*; *Patientia Dei*; *Paupertas Dei*; *Potestas Dei*; *Mandatū Dei*; *Præscientia Dei*; *Præsentia Dei*; *Providentia Dei*; *Sapientia Dei*; *Scientia Dei*; *Timor Dei*; *Verbum Dei*; *Vindicta Dei*; *Visio Dei*; *Vocatio Dei*; *Voluntas Dei*; *Adhærere, Placere, Servire Deo*; *Colere Deum*; *Negare, Placare Deum*; *Quærere Deum*; *Accedere ad Deum*.

DEVOTIO.

Etymologia. Devotio dicitur a devovendo; unde devoti dicuntur, qui seipso quodammodo devovendo Deo, ut ei totaliter se subdant. Parte 3, tit. 12, cap. 10, et D. Thomas Aquin. 2, 2, quest. 82, art. 1.

Definitio. Devotio nihil aliud esse videtur, quam voluntas quædam prompte se tradendi ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Parte 3, tit. 12, cap. 10, et D. Thomas Aquin. 2, 2, quest. 82, art. 1.

Devotio est prius et humilis affectus in Deum; humilis ex conscientia infirmitatis propriae, pius ex consideratione divine clementiæ. *De spirit. et anima*, cap. 50.

Vera et secunda devotio est promptitudo superioris appetitus, seu voluntatis ad ea quæ Dei sunt, cum cordiali detestatione ac debita fuga omnis mortalis peccati, sive hoc sit cum fervore sensibili, sive non. In *Exhort. ad Novitios*, art. 5.

Devotio est fervor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifestat indicia. Libro 3, *de Arca Noe Morati*, cap. 3.

Devotio est elevatio mentis in Deum per pium et humilem affectum, fide, spe et charitate subnixum. Tract. 6, sup. *Magnificat*, titula 2.

Devotio certa, est æqualis illa animi promptitudo, qua quis paratus est servire Deo non minus in adversis quam in prosperis. *De Inst. spirit.* cap. 7.

Devotio vera est bona voluntas, qua homo paratum se offert ad cultum, honorem, et beneplacitum Dei. In *Brevi regula Tyronis*, verbo *Non putet*.

Divisio. Devotio dividitur in tria, in zelum, compassionem, et benevolentiam. Lib. 3, *de Arca Noe Morati*, cap. 5.

Comparatio. Sicut thus super carbones positum, spirat suavem et redolentem odorem; sic oratio incensa super carbones devotionis, multum fragrat in conspectu majestatis. Tit. 5, *Diata*, cap. 5.

S. ANTONINUS ET S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTONIN.

S. ATHANAS. MAGN.

S. AUGUSTIN.

DIONYSIUS CARTHUS.

HUGO A. S. VICTORIS.

JOAN. GREG.

LUDOVICUS MEGISIUS.

HUGO A. S. VICTORIS.

S. DONAVENT.

HUGO A. S. VICTORIS.

S. DONAVENT.

Sicut ex nucleo pinguedo olei exprimitur, ita ex affectu virtutis sapor devotionis procedit. Libro 2, *de Profectu religiosorum*, cap. 19.

S. EPHREM.

Quomodolum torques aureus in collo viri, sic Monachum pietas decet atque devotio. *De timore Dei*.

THOMAS A. KEMPIS.

Sicut carbo frigidus conjunctus igni ardenti, fit calidus et ardens; sic tepidus socians se fervido et devoto fit sape fervidus et devotus. In *Hortulo Rosarum*, cap. 1.

SENTENTIE PATRUM.

AMBROSIIUS.

1. Caret ambitio religiosa devotio. Lib. 4, in *Luce*, cap. 4.

2. Utheriore fructus habet celerata devotio. Libro 1, *de Abraham*, cap. 1.

3. Devotio sancta mensuram supergreditur. Serm. 8, sup. *Psal.* cxviii, vers. 2.

S. ANTONIN.

4. Devotio est pinguedo anime. Parte, 3, tit. 12, cap. 10.

S. ATHANAS. MAGN.

5. Grave quiddam est exercitium devotiois, sed tamen nihil est dulcius celesti sponso. *De virginitat.*

S. AUGUSTIN.

6. Licet quis in operibus suis devotus appareat, si innocentiam non habeat, sibi frustra blanditur de sua devotione; nihil enim Deo dignius, nihil charius esse potest, quam ut innocentia tota observatione teneatur. *De Vita Christiana*, cap. 10.

S. BERNARD.

7. Absit typhus presumptionis, ut non desit fructus devotionis. Homil. 4, super *Missus*, in sua *Excusat*.

8. Dicamus fidem vitem, virtutes palmites, botrum opus, devotionem vitium. Serm. 30, sup. *Canl.*

9. Absque veritatis freno levis et nesciens modum, plerumque et insolens ipsa devotio est. *Ibid.*, serm. 74.

10. Multum devotiois subtrahitur, cum studium orationis intermittitur. Ep. 84, *ad Villedunum, abbat.*

11. Excedentem devotio levat, sed revocat zelus. Epist. 126, *ad Episcopos Aquitaniam*.

12. Nubilosa corporis compositio, et facies tenebris offuscata tristitia, devotionem ab animo recessisse signant. Serm. *de Virtute obedient.*

S. DONAVENT.

13. Religiosus indevotus est sicut scirpus, vel junceus, aut mergus, qui interius est aridus, quod tamen sicut in aqua et loco aquoso. Talis juxta patrem moritur fame, juxta fontem moritur siti, juxta ignem moritur frigore. Tit. 4, *Diata*, cap. 1.

14. Devotio mentem illuminat, inflammat et roborat, actiones ordinat, mores componit et verba, amorem Dei accendit, Deo familiarem efficit, orationem impinguat, pium et affectuosum facit,

cor humiliat, contra adversa constantiam præstat, mentem ad superna elevat, mundum vilisere facit, desiderare cœlestia cogit, peccata delet, et penas peccati, merita sublimat, proximos maxime edificat, demones fugat, angelos invitat et sanctos. *De alis Seraphim.*, cap. 8.

15. Devotus quisque vix opportunitate frandatur. In *Speculo discipl.*, parte 1, cap. 12.

16. Devote mentis confidentia, solet esse indicium exauditionis. Lib. 2, *de Profectu Relig.*, cap. 67.

17. Devotiois ignis perpetua oratione fovendus est. *Ibid.*, cap. 60.

18. Absque spiritu devotiois, ad quam ducit oratio, omnis arida est et imperfecta religio. *Ibid.*

19. Non potest esse devotio, quæ ex amoris Dei radice non pullulat. *Ibid.*, cap. 73.

20. Exterior incompositio corporis, indicium est indevotæ mentis. In *Instil. Novit.*, part. 1, cap. 20.

21. Devotiois fervor per frequentem Passionis Christi memoriam nutritur et conservatur in homine. *De Perfect. vitæ ad Sorores*, cap. 6.

22. Quantum impendatur pura devotio, tantum crescit auxilium magnitudo. Sup. *Psal.* xxvii, vers. 9, *Et adjutus sum*.

23. Illa est vera devotio, quæ solum justissime veneratur auctorem. Sup. *Psal.* lxxvii, vers. 1.

24. Si Deum invocet indevotus, judicium sibi videtur postulare, non veniam. *Ibid.*

25. Gratus devotio suscipitur, quæ inter vitæ pericula custoditur. Super *Psal.* cxviii, vers. *Multi qui persequuntur me*.

26. Vera devotio nequaquam sine charitate habeatur, etiamsi sine fervore, spore, et suavitate habeatur, quæ non semper sunt certa veræ devotionis indicia. In *Exhort. ad Novit.*, art. 5.

27. Spiritualibus non es dignus, qui nihil spiritus ritualiter sapias. In suis *Opuscul.*, collat. 18.

28. Devotiois affectus, mentis est cibus. Li. s. CREG. MAG. bro 4, super *1 Regum*, cap. 4, sup. illud: *Et tunc comedent*, etc.

29. Casta mentis intentio, devotionem custodit. Epist. 54, *ad Oceanum, de Vita clericor.*

30. Omnis actio, quæ sine devotione est, mortua est. Hom. 1, super *Ecclesiasten*.

31. Devotio quanto humilitati propinquit, tanto est Deo acceptabilior. *De modo orandi*, cap. 5.

32. Perire non poteris, si devotus inventus fueris. Libro 2, *De Sacram.*, part. 14, cap. 3.

33. Sine devotione aridum est cor humanum, et sicut anima ejus. Super *Genes.*, cap. 28.

34. Amarus Deo accendit, Deo familiarem efficit, orationem impinguat, pium et affectuosum facit,

CASSIODORUS.

S. ANTONINUS.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. FRANCISCUS ASSISIENSIS.

S. CREG. MAG.

S. BERNARD.

HUGO A. S. VICTORIS.

HUGO CARL.

35. Qui indevotus orat, iudicium sibi postulat. Super *Psalm. III.*
36. Plus Deo placet affectus devotio quam intellectus applicatio. Super *Psalm. v.*
37. Est clamor interior cordis et exterior oris. Primus est ipsa devotio; secundus est signum et exercitatio devotiois. Sup. *Psalm. xxx.*
38. Dum quis vacat contemplationi, orationi, lectioni; crescit, et augetur tunc devotio. Lucerna illorum in nocte extinguuntur, qui in prosperitate sunt devoti, sed in tentatione statim sunt victi. Super *Prov.*; cap. 31.
39. Quondam in claustris abundat devotio, sed nunc arefecit devotio. Super *Hierem.*, cap. 24.
40. Sepulcrum Jesu est mens devota, ubi Jesus multum desiderat sepeiri. Sup. *Marc.*, cap. 14.
- JOAN. CASS. 41. Melius est devotum in minoribus, quam in devotum in majoribus professionibus inveniri. *Collat. 19, Abb. Joan.*, cap. 3.
- JOAN. GERS. 42. Mens devota est in incipientibus, devotior in proficientibus, devotissima in perfectis. *Tract. 6, sup. Magnificat*, notula 2.
- JOAN. TRITH. 43. In vanum pulsatur auris corporis, dum non inclinatur devotio mentis. Super *Prolog. Regul. S. Bened.*, cap. 1.
44. Fervor devotiois ex tempore consumitur, nisi fomentis quotidie renovetur. *Orat. 2, in Conventu Abbat. habit.*
- LACT. FIRM. 45. Inutilis est, qui devotione caret. Lib. 5, *de Divin. inst.*, cap. 20.
- S. LAUR. JUST. 46. Non ad salietatem spiritualis est sectanda devotio, ne ex familiaritate nimia contemplantur, aut ex assiduitate imprudenti tedium generet. *De Interiori confictu*, cap. 6.
47. Devotio est, proprius amantium cibus, donum humilium, mansuetorum merces, ros coelicus, absconditum manna, invisus thesaurus, reflectio salutaris, jucundissimum bonum, spirituale commercium, futuræ beatitudinis precursor. Lib. 2, *de spirituali Resur.*, cap. 34.
- B. LEO I. 48. Parum religiosus alio tempore demonstratur, qui in festis diebus, religiosior non invenitur. *Serm. 2, Quadrag.*
49. Nulla devotio fidelium magis Dominus delectatur quam ista, quæ pauperibus ejus impenditur. *Ibid.*, serm. 10.
50. Nemo tam devotus, ut non debeat esse devotior. *Serm. 11, Quadrag.*
51. Tunc est efficacior sanctorum devotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesie unus animus, et unus est sensus. *Serm. 4, de Jejun. septimi mensis.*
- LEODY. BLOS. 52. Gravior est Deo humilis internarum delectionum tolerantia, quam ingens devotiois dulcedo. In *Canon. vitæ spirit.*, cap. 9.
53. Rationalis devotio longe certior, ipsique Domino acceptior est, quam devotio sensibilis. *Ibid.*, cap. 26.
54. Vera devotio in vera sibi submissione, resignatione, abnegatione, ac nihili pensione sita est, potius quam in sensibili sapore et dulcedine. In *Speculo spirit.*, cap. 13.
55. Periculosa res est, sensibilis devotiois dulcedo, his qui eam impure desiderant, impureque ea utuntur hoc est: qui oblationem magis quam sui mortificationem Deique honorem in illa et per illam quaerunt. Libro 1, *Enchirid. parvulorum, document. 2.*
56. Quidquid sapitis, quidquid potestis, quidquid vivitis, quidquid est quod speratis, in ara vestra devotiois imponite. Lib. 8, ep. 14, *ad Sorores*.
57. Indiscreta devotio magis obesse solet, quam prodesse. *Serm. 58, de S. Andra.*
58. Non pietatis opus segnitie ignava appreciat, sed devotio celeris ac prompta commendat. *Opusc. 9, cap. 1.*
59. Triplex est officium veræ et perfectæ devotiois. Primum est confessio criminis, secundum, postulatio miserationis, tertium, glorificatio miserentis. Primum est accusatio culpe, secundum, supplicatio veniæ, tertium, magnificatio divinæ munificentie. Part. 4, lib. 1, *de Erud. hom. inter.*, cap. 14.
60. Optimum studii genus est, summæ devotioni summam curam impendere. *Ibid.*, 1, 2, c. 12.
61. Sine sancto Spiritu devotio nostra vera esse non potest. *Ibid.*, cap. 34.
62. Tantum apud nos honor et reverentia Dei proficit; ut quæ in devotione non facimus, etiam odio digna esse ducamus. Lib. 3, *de Cubernal.*
63. Eo plus Deo devotio nostra debet, quo minora a nobis exigit et majora concessit. *Ibid.*
64. Nulla est major fidei devotio, quam quæ conscientiam vitæ hominum, Deo teste contenta. *Ep. ad Salonium episc.*
65. Devotiores esse nos Dominus sibi vult, quia tam magno devotionem nostram pretio comparavit. Lib. 2, *ad Eccles. catholic.*
66. Turpis opulens, devotio pauper; et quanto ditior multitudine, tanto egentior devotione. *Ibid.*, libro 1.
67. Mens semel ad devotionem excitata, facilius postmodum ad devotionem pristinam revocatur. 2, 2, quest. 171, art. 2.
68. Pinguedo devotiois facit sacrificium orationis esse Deo acceptum. *Opusc. 7, sup. Pater noster.*
69. Devotio plerumque propter prolixitatem orationis obtunditur. *Ibid.*

- THOMAS. 70. Sicut virtus non potest stare cum vitio, sic devotio non potest acquiri sine luctu et silentio. In *Horulo rosar.*, cap. 5.
- A KEMPIS. 71. Ubi risus et dissolutio, ibi fugit devotio. *Ibid.*, cap. 15, sect. 2.
- S. THOMAS A VILLANOVA. 72. Cito perit devotio, quæ non custoditur sub silentii freno. *De Disciplina claustral.*, cap. 8, sect. 3.
73. Omnis appetitus carnalis evanuit, cum spiritus devotiois incalescit. *Conc. de S. Dorothæa.*
- PETRA. DAM. Vide etiam tit. *Affectiones quatuor*, sent. 32; *Multiloquium*, sent. 71; *Opus*, sent. 117; *Religiosus*, sent. 96; *Solitudo*, sent. 109; *Tentatio*, sent. 251; *Tepiditas*, sent. 49.
- DIABOLUS.
- ETYMOLOGIA. Græce interpretatur diabolus clausus ergastulo; et hoc sibi convenit, quia non permittitur tantum nocere, quantum vellet. Libro 2 *Compendii Theolog. verit.*, cap. 26.
- DIABOLUS dicitur a dia, quod est duo, et bolus, quod est morcellus, quia duo occidit scilicet corpus et animam. *Ibid.*
- S. HIEBON. Diabolus græcum verbum est, quod latine dicitur criminator; lingua vero hebræa, Sathan appellatur, id est adversarius, sive contrarius; et ab Apostolo Belial, hoc est, absque jugo, quia de collo suo Dei abiecit servitutem. Libro 2, super *Ep. ad Ephes.*, cap. 4, in illud: *Neque locum deus diabolo.*
- S. ISIDORUS HISPALENS. Diabolus hebraice dicitur deorsum fluens, quia quietus in cœli culmine stare contempsit, sed superbie pondere deorsum corruens, cecidit. *Pros.*
- SALVIANUS. Diabolus vero græce criminator vocatur, vel quod crimina, quia ipse illicet, ad Deum referat; quia electorum innocentiam criminibus accuset fictis. Lib. 8 *Elym.*, cap. 11.
- S. AMBROSIIUS. Comparatio. Sicut scorpiocorpus aculeo vulnerat, ut per vulnus venenum intronmittat, per quod hominem interficiat, ita diabolus aut ira, aut superbia, aut libidine mentem vulnerat, ut per hoc venenum suæ malitiæ infundat, animamque interficiat. *Sup. Apocal.*, cap. 9.
- SENTENTIÆ PATRUM.
1. Ideo diabolus serpens dicitur, quod occulte serpat, et quod sensus hominis temeriter in labendo perentat; quos si vicerit, medullis se hominum atque ossibus implicat, et immergit. *De Salone*, cap. 3.
2. Tanta est nequitia demonum ut, si Deus illis permitteret, statim ut homo mortale facinus admitteret, eum interficerent. *Sup. Apocal.*, cap. 9.
- S. ANSELMIUS. 3. Diabolus incessanter piis persequitur, e tanto periculosus, quanto occultus. *Sup. II. Tim.* 3, in illud: *Persecutionem patientur.*
4. A magnis spe, et vigore rationis, diabolus ipse prosternitur, et abiecit. *Parte 1, tit. 3, cap. 10, § 10.*
5. Diabolus quanto diutius passedit, tanto difficilius dimittit. *Parte 2, tit. 9, de Acedia*, cap. 13, § 1.
6. Demones ridere nos faciunt tempore fletus, s. ANTONIUS ARBAS.
7. Diabolus mentem, in qua habitat, desertam et sterilem a bono opere facit. *Serm. Dom. DE PADUA.*
8. Diabolus tanquam lupus quidquid presserit pede superbie, occidit. *Ser. Dom. 2, post Pascha.*
9. Conjecturis exterioribus et hominum complexione, quasi per odoratus narium persentit et odorat diabolus, ad quæ vitia unusquisque sit magis applicabilis, et ibi laqueos tendit. *Serm. Dom. 4 post Pascha.*
10. Demones hominis, quem captivum ducunt, cervici onera gravia imponunt; et tanquam bovem vel asinum per funem ad collum ligatum minando trahunt, et lasso nullam requiem dant, dum de peccato in peccatum præcipitant. *Serm. Dom. 6, post Pascha.*
- S. ATHANAS. 11. Unica ratio vincendi diabolum, est lætitia MAGNUS. spiritualis. *De Vita S. Antonii.*
- S. AUGUSTINUS. 12. Quem non potest diabolus devorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur; ut, si flexi potest, opprobriis bonorum, et malarum linguarum detractione deficiat, et sic in ejus fauces ruat. *Ep. 137, ad Clerum.*
13. Diabolus non speciale nomen est, sed commune: in quocunque enim opera diaboli fuerint inventa, sine dubio diabolus appellandus est. *De Quest. Vet. et Novi Testament.*, quest. 90.
14. Quid astutius ad decipiendum, atque callidius malitia demonum. Libro 2, *de Civ. Dei*, c. 9.
15. Malignitas demonum, nisi alicubi se transfiguret in Angelos lucis, non implet negotium deceptionis. *Ibid.*, cap. 26.
16. Diabolus non fornicator, vel ebrius, vel si quid hujusmodi mali est, tamen maxime superbus atque invidus. *Ibid.*, lib. 14, cap. 3.
17. Diabolus natura est Angelus, sed quod natura est, opus Dei est: quod vero diabolus, vitio suo est, utendo male naturæ suæ bono. Lib. 1, *Hypognost.*
18. Diabolo potestas quedam est, plerumque tamen vult nocere, et non potest, quia potestas ista sub potestate est; nam si tantum posset nocere diabolus quantum vult, non aliquis justorum remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra. *Sup. Psalm. LXI*, vers. ultimo.

19. Non cessat hostis persequi et, si non aperte savit, insidiis agit. *Prosec.*
20. Non tibi savitiam perdidisse diabolus videtur; quando blanditur, tunc magis cavendus est. *Tract. 10, super Evang. Joann. de cap. 2.*
21. Qui Deo se committit, diabolum non timet. *De Verbo Dom., ser. 23.*
22. Diabolus accusator Sanctorum est. *Hom. 38. Ex quinquaginta homil.*
23. Diabolus est Angelus per superbiam, separatus a Deo, qui in veritate non stetit, auctor mendacii et a semetipso deceptus. *Ser. 2, in vigili. Nativ.*
24. Diabolus est adversarius humani generis, inventor mortis, superbia insulitor, radix malitiae, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, persuator turpium cogitationum. *Ibid.*
25. Diabolus non potest intrare domum vel mentem, in qua pax dominatur. *Ser. 2, ad Frat. in eremo.*
26. Diabolus in umbra mutabilium rerum aludit, alludendo decipit, decipiendo occidit. *Ibid. serm. 4.*
- V. BEDA. 27. Nisi quis porci more vixerit, nunquam accipiet in eum diabolum potestatem, aut ad probandum tantum, non autem ad perendum, accipiet. *Libro 3, super Luc. cap. 8, in illud: Erat ibi grex porcorum, etc.*
- S. BERNARD. 28. Urget undique inimicus diabolus, in insidiis draco, in aperto leo; cogit socios, ignes injicit, bella suscitatur, insidias submittit, totius cordis minuitur excidium. *Serm. de Parabola filii Regis.*
29. Diabolus est veritatis adversarius, charitatis emulus, hostis antiquus, scandalorum suggestor, dissidii auctor, turbator unitatis et pacis. *Epist. 82, ad Abbat. S. Joannis Carnutensis.*
30. Diabolo nullum aliud est desiderium, nullum negotium, nullum studium, nisi animas perdere. *Libro Medit., cap. 15.*
31. Diabolus malum machinatur, argute loquitur, artificiose suggerit, calide decipit, illicitos motus insufflat, venenatas cogitationes inflammat, movet bella, nutrit odia, incitat gulam, movet libidinem, desideria carnis instigat, peccati occasiones parat, mille nocendi artibus corda hominum pulsare non cessat. *Ibid.*
32. Superbis et libidinosus plus dominatur diabolus. *De ordine vita.*
33. Diabolus venit in eorum, dormitorium occupat, insidet refectorio, circuit claustrum, revisit officinas, nullam praetermittit artem nocendi, sed ubi libet suae calliditatis assignat argutias. *Prosec.*
34. In choro devotionem, in thoro castitatem,

- in refectorio paritatem, in claustrum lectionem, in officinis silentii virtutem, virtutis inimicus extirpat. *Ser. 3, de Nativ. Dom.*
35. Triplex est malum in demonibus, foror rationabilis, demens concupiscentia, phantasia proterva. *Expos. 2, super Psalm. cxviii, cap. 5, vers. 6, art. 2.*
36. Diabolus dicitur leo et draco; leo fuit tempore martyrum, draco in tempore plenitudinis; in leone est savitia, in dracone astutia. *Prosec.*
37. Diabolus dicitur leo, quia sicut leo est rex omnium animalium; sic diabolus est rex omnium malorum. *Super Psalm. xxxix.*
38. Diabolus more leonis in sanctos deservit, contra eos fortissime rugit, ut quem devoret, sollicitè quaerit. *Prosec.*
39. Non enim comedit, neque bibit, nullo unquam tempore dormit, sed semper suspirat ad praedam.
40. Cum ergo ipse sit fortissimus et nos infirmi, ipse sagacissimus, nos ignari, ipse solertissimus, nos pigri, necesse habebimus succumbere, si nobis auxilium divinum non addeset. *Serm. 5, de Uno confess.*
41. Princeps tenebrarum est fraudulentissimus in promissione, inquietissimus in tentatione, crudelissimus in perditione, injustissimus in retributione. *Serm. 2, Dom. 3 post Pascha.*
42. Diabolus insipiens est ad honorem, et sagacissimus ad malum. *Serm. 7, in Die Pent.*
43. Exigua dat diabolus in mundo, et multa improperat in inferno. *Ibid.*
44. Dehilis est hostis, qui non vicit, nisi volentem. *Sup. lib. 2, sent. dist. 6, dub. 3.*
45. Diabolus premendo rapit, insidiando circumvenit, minando terret, suadendo blanditur, desperando frangit, promittendo decipit. *In Centilog., part. 1, sect. 2.*
46. Tanta est diaboli crudelitas, quod nos omni hora transglutiret, nisi divina protectio nos custodiret. *Tit. 7, dicitur, cap. 1.*
47. Pater diabolus non diligit filios suos, sed odit; sic amat diabolus filios suos ut perdat, sicut amat gluto porcellum, ut comedat. *Lib. 1. Pharetae, cap. 30.*
48. Diabolus tibi libentius insidiatur, ubi majores meritorum divitias cernit inquiri, ubi innocentem inquirat et occidat, ubi se Deo magis obsequium prestare sperabat. *De sex diebus seraph., cap. 7.*
49. Demones spiritus sunt impuri, humani generis inimici, mente rationales, in nequitia subtiles, cupidi nocendi, per superbiam tumidi, et semper in fraude. *Lib. 2 Compend. Theolog. v. rit., cap. 26.*

50. Diabolus nullo suggerente peccavit, et ideo nullo reparante rediit. *Ibid., cap. 25.*
51. Diabolus est inimicus spiritui, amicus carni, invidens virtuti, consentiens voluptati. *Hom. 4.*
52. Diabolus cum infelices quosque sibi assensum faciliem accommodare praeviderit, ad fauces suas sollicitationum carminibus trahit, ut voluntariam praedam inermis expectet. *Ibid.*
53. Diabolus tanto infector est ad expugnandum animae thesaurum, quanto magis novit esse pretiosum. *Ibid., homil. 5.*
54. Nunquam timebis demonem, qui est in carne aliena, si cum non habueris in anima tua; multi enim demonem in corpore alieno formidant, et in suo corde dissimulant. *Ibid., hom. 23.*
55. Astutus et crudelis hostis diabolus calliditate veteris artificii, ac multiformis ingenii, animas quas semel persuasionem nequissima desides ac tepidas, vel negligentes effecerit, etiam in aliorum subversione eas sibi servire compellit. *Pros.*
56. Tales animas diabolus omni lumine veritatis et charitatis excecavit, et quasi venator robustissimus, et accipit callidissimus velut indices sibi ad capiendas, si potest, etiam sanctas animas, aptat et preparat. *Total., hom. 35.*
- CASSIODORUS. 57. Illo tempore praevaleret diabolus rapere, cum nobis peccatis nostris obstantibus Creator distulerit subvenire. *Super Psalm. vii, vers. 2: Ne quando rapiat, etc.*
58. Diabolus animas, quas comprehendit, conterit. *Ibid., vers. 5: Persequatur inimicus, etc.*
59. Diabolus toties puniatur, quoties ab eo peccator subjugatus eripitur. *Ibid.*
60. Se persequitur, qui diabolum sequitur. *Sup. Psalm. x, vers. 6.*
61. Diabolus humanis semper delectatur exitiis. *Sup. Psalm. xxi, vers. 22.*
62. Satanas quantum fortior, tantum nequior. *Super Psalm. lxxiii, vers. 15.*
- S. CYPRIAN. 63. Diabolus semper mendax, mentitur ut fallat, blanditur ut noceat, bona promittit ut malum tribuat, vitam pollicetur ut perimat. *Ep. 39, cap. 2.*
64. Evadere diabolum difficile poterit, qui se diaboli laqueis semel implicavit. *Ep. 62, ad Pompianam, cap. 1.*
65. Diabolus blanditur ut fallat, arridet ut noceat, allicit ut occidat. *De Discipul. et habit. Virgin., cap. 9.*
66. Quid astutius, quidve subtilius diabolo? *De Unitate Ecclesiae, cap. 2.*
67. Si diabolus imparatum invenit militem Christi, si rudem, si non sollicitum, ac toto corde

- vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. *De Exhort. martyrii, ad Fortunat.*
68. Diabolus est spiritus nequam, fermentator immundus, sanctitatis corruptor, simplicium perturbator, incendiariorum libidinum, omnium turpitudinum adinventor. *De Jejun. et tent. Christi, c. 5.*
69. Diabolus in his regnat, quos inquinat; et in his, quos pollutat, dominatur. *Ibid.*
70. Vehemens adversarius est Satanas, qui per fraudem et dolum eorum animis, qui rectam et inculpabilem vitam elegerunt, impedimenta obijcere, et eorum qui a virtutis perfectione propius absunt, labores infringere facile possit. *Homil. 97, de Festis Paschal.*
71. Princeps peccati est diabolus, et pater malorum. *Catech. 2.*
72. Potest quidem diabolus animam incitare, cogere autem praeter voluntatem omnino non potest. *Catech. 4, de Statu homin.*
73. Diabolus persuadere quidem potest volentibus, cogere autem non potest. *Ibid., Catech. 4, de Lib.*
74. Diabolus secundum naturam non est malus, sed ex mutatione libere voluntatis malus est. *Libro contra Manich.*
75. Diaboli ubique volent in aere aut in terris, vel sub terris vagantur, ut delineantur, sporum semper secum ferunt tormenta flammaram. *Sup. Ep. Jacobi, cap. 3, art. 5.*
76. Demones omni odio imbuti nihil sperare desiderant, quam cunctos funditus perire. *De Vita spirit., cap. 58.*
77. Daemon quos opere insontes videt, cogitatione perimit. *Ibid.*
78. Esca diaboli electa est, de malis non curat, quia sui sunt. *Ep. ad Damas., Papam; de Mort. D. Hieronym.*
79. Diabolus obsessa semel pectora, mollissimis seductionibus decipit. *Homil. 3, de Epiph.*
80. Diabolus calliditate veteris artificii condit blandimentis peccandi. *Ibid.*
81. Diabolus per rerum carnalium concupiscentias, et illicitas voluptates extrinsecus blanditur, intrinsecus insidiatur, interficit spiritum, dum oblectat affectum. *Ibid.*
82. Adeo intolerabilis est demonis aspectus (quo nihil terribilius aut infestius in mundo excogitari potest) quod nec tantillum temporis eum sustinere quispiam valebit, nisi divino fuerit illustratus praesidio. In suis *Opusc., Apophthegmat. 46.*
83. Diabolus si de suo capillum habere potest ex homine, cito excrescere facit in trabem. In suis *Opusc., collat. 6.*

S. BONAVENT

C. GESARIUS
ARELAT.S. CYRILLUS
ALEX.S. CYRILLUS
HIEROSOL.DIOTYMS
ALEX.DIONYSIUS
CARTHUS.

S. EPHREM.

S. EUSEBIUS
CAESARIENS.S. EUSEBIUS
EMISSUS.S. FRANCISCUS
ASSISIENS.

- FRANCISCUS 84. In omnibus quæ agit malignus diabolus, semper Dei gloria adversatur, et hominum saluti; unde Satana vocabulo proprie meruit appellari, quod adversarium significat. In Annotat. super cap. 4 Job. in illud: *Circuiti terram*, etc.
85. Valde multos diabolus, dum terram circum in suam capit servitatem, quos ipse venosorum instar multa aviditate et diligentia insectatur, donec in reti suo omnes comprehendat. *Prose.*
86. Hæc quidem sententia nimium, heu! nimium vera est; et quos autem comprehenderit, eos velut servos et captivos ante seminat, et quasi jumenta servilia agit, quo voluerit. *Ibid.*
- G. GAUDENT. 87. Diabolus tum maxime accenditur, cum extinguitur; tunc enim sevit in Dei famulos, quando prima virtus ejus in primogenitis occiditur. *Tract. 6.*
88. Diabolus hujus mundi princeps usurpatione dicitur, non natura; etenim seducens humanum genus, ut derelicto Deo ipsum Satanam coleret principatum violenter tenuit. *Id.*, tract. 12.
89. Magnum supplicium suis diabolus putat hoc esse remedium, si poenarum socios multos acquirat. In *Respons. ad Germanium*.
- GLOSS. ORD. 90. Diabolus propter excellentiam malitiæ, non solum iniquus, sed etiam iniquitas nominatur. Super libr. *Judic.*, cap. 6.
91. Diabolus licet a sanctis sæpius vincatur, tamen iterum instaurat prælium contra eos; et dum uno modo vincitur, alio statim vincere conatur. Sup. *III Reg.*, cap. 20.
92. Maligni spiritus si in spiritualibus vincuntur, in corporalibus bellum parant, satagentes ut animas de supernis ad ima præcipitent, quo facilius vincant. *Prose.*
93. Si viderint cœlestia desiderare, terrena ad amandum ingerunt; si prosperitate concessa Deo gratie agantur, student ut per adversa frangantur. *Ibid.*
- GLOSS. INT. 94. Malignus hostis, licet superatus, ab incepta malitia non desistit; sed iterum bellum intendit, et totum furoris sui effundit tumultum. Super *Judith.*, cap. 1.
- GLOSS. ORD. 95. Diabolus turbam malignorum spirituum ad seducendas gentes per totum orbem dispergit; nec parit dignitatis, nec honori, omnes ad gehennam trahere cupiens. *Ibid.*, cap. 1.
- GLOSS. INT. 96. Omnes demones, maxime sunt potentie amatores. *Ibid.*
- GLOSS. ORD. 97. Diabolus princeps est falsiloquii. Sup. *Job.*, cap. 16.
- GLOSS. INT. 98. Diabolus dum peccatis obligat, mortem peccatis silit. *Ibid.*, cap. 18.
- GLOSS. ORD. 99. Diabolus non vi, sed callide interficit. *Ibid.*, cap. 40.
100. Demones tanto atrociores sunt, quanto melius homines agere sibi videntur. *Ibid.*, cap. 41.
101. Mundus et infernus sunt fines diaboli. Super *Psal.* vii.
102. Diabolus mala quæ suggerit, bona mentitur; et dum bona promittit æterna, ducit ad tormenta. Sup. *Proverb.*, cap. 14, in illud: *Profert mendacia versipellis*.
103. Nisi qui more porci vixerit, diabolus in eum potestatem non accipit, nisi forte ad probandum. Super *Math.*, cap. 8.
104. Diabolus inceptor est, non auctor; quia nec interiora, nisi per habitus et gestus novit. *Ibid.*, cap. 15.
105. Diabolus in substantia bonus est, sed voluntate malus. Sup. 1. *Joan.*, cap. 4.
106. Diabolus humilitate sternitur, et patientia superatur. Lib. 2. *Moral.*, cap. 13.
107. Maligni spiritus certis quibusque vitiiis singuli obsequi sunt credendi. *Ibid.*, lib. 15, cap. 16.
108. Occulta justitiæ licentia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati poenam etiam volentes trahant. *Ibid.*, lib. 2, cap. 16.
109. Diabolus aut opprimendo rapit, aut insidiando circumvolat, aut suadendo blanditur, aut minando terret, aut desperando frangit, aut promittendo decipit. *Ibid.*, lib. 32, cap. 8.
110. Immundi spiritus, qui de celo æthereo lapsi sunt, in hujus cœli terraque medio vagantur. *Ibid.*, lib. 17, cap. 25.
111. Diabolus diem se exhibet, quia per prospera incipit, sed in noctis tenebris semper desinit, quia ad adversa perducit. *Ibid.*, libro 4, c. 9.
112. Diabolus antrum ac latibulum bestie est, ut insidians hominibus viam hujus vite carpentibus, in illo et per signa lateat, et per malitiam occidat. *Ibid.*, lib. 27, cap. 17.
113. Malignus spiritus cupidus prospera, etiam dormientibus promittit; et quos formidare adversa considerat, eis hæc durius somnii imaginibus intentat; quatenus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat, eamque aut spe sublevans, aut deprimens, timore confundat. *Ibid.*, lib. 8, cap. 13.
114. Diabolus hujus mundi rapinis insidians, humana quotidie morte satiat. *Ibid.*, lib. 31, cap. 7.
115. Diabolus, quia hoc quod contra se agit ignorat, bruto sensu bellua est; quia maliuose hominibus nocere appetit, draco est; quia vero de culpæ suæ subtilitate superbe extollitur, avis est. *Ibid.*, lib. 33, cap. 14.

- W. GREGOR. 116. Diabolus est vitiorum omnium dux, atque imperator. *De vita Moysi*.
- WYSSENUS. 117. Nec aeris illius priora spatia, sed ista caliginosa tenere demones permisi sunt, qui eis quasi carcer est, usque ad tempus judicii, postea vero igne inextinguibili sine fine cruciandi sunt. *Serm. ser. 6 Pent.*
118. Diabolus nunquam dormiens, nunquam ab insidiis hominum requiescens est; sed semper die et nocte circuit tentando et insidias ponendo hominibus, qualiter quemquam illorum sua valeat suggestione decipere. *Serm. 1, dom. 4, post Pent.*
- S. HIERON. 119. Non querit diabolus homines infideles, non eos qui foris sunt; sed de Ecclesia Christi rapere festinat. Ep. 22, ad *Eustoch.*
120. Minoris malitia sunt demones, quam diabolus, cujus satellites sunt. Libro 1, super *Math.*, cap. 8, can. 5, num. 68, sup. illud: *Quid nobis et tibi*, etc.
- S. HILARIUS. 121. Sicut omnibus sancti caput, Christus est; ita omnibus iniqui caput, diabolus est. Super *Psal.* cxxxix.
122. Pecunie æstus, voluptatum stimulus, ambitionis ardor, odiorum malignitas, invidia aculeus, conviciorum furor; superbia, amentia, diaboli sunt arma atque virtutes. Super *Psal.* cxxxviii.
- HUGO CARD. 123. Demones sunt quasi fures; si expellis unum per elemosynam, aut per jejunium, alius intrat per vanam gloriam, aut per tristitiam. Sup. *Genes.*, cap. 19.
124. Diabolus, dum es in prosperitate, videtur bonus et simplex, sed non est; recedente autem prosperitate, maledicet tibi et ita non est simplex, sed duplex. Sup. *Job.*, cap. 4.
125. Diabolus duos habet gladios: prosperitatem et carnalem delectationem; stulti considerant splendorem, et non attendunt mucronem, quia limatus est, ut fulgeat per delectationem; excutus est, ut cœdat æterna poena. Sup. *Psal.* ix.
126. Diabolus est draco sibilans tentando, bestia devorando, pseudopropheta decipiendo. Sup. *Psal.* cv.
127. Faber est diabolus, qui modo sufflat suggerendo, ut in æternum incendant. Sup. *Prov.* cap. 19.
- IDIOTA. 128. Diabolus est humani generis mimicus, inventor mortis, superbiæ insitutor, radix malitig, scelerum caput, princeps omnium vitiorum, omnium voluptatum persuasor. Lib. 3, *contemplat. de Conflictu carnis*, cap. 3.
- S. INNOC. III. 129. Tripliciter dæmon hominem vexat: primo per culpam, auferendo gratiam; secundo per poenam, lætando naturalia; tertio per jacturam, inferendo discrimina. *Serm. de S. Maria Magdal.*
130. Versutus hostis diabolus habet mille nocendi modos: conatur a principio ruinæ suæ unitatem Ecclesiæ rescindere, charitatem vulnere, sanctorum operum dulcedinem invidiæ felle inficere, et omnibus modis humanum genus evertere et perturbare. Ep. ad *Isaac episcop. Syracusan.* et hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 19, quæst. 2.
131. Diabolus cum viderit spirituales divitiæ coacervatas, alacritatem fervidam, mentem vigilem, et quotidie divitiis augeri, cruciatur, et dentibus frendet, et quasi irata circumit, ut deproditor. *Hom.* 31, sup. *Gen.*
132. Diabolus mala bestia est, et multiplices machinationes struit, ut illius jacula nocere queant. *Ibid.*
133. Angelus primus, qui Sathael dicitur, præcipitatus de culmine angelico, Satan et diabolus nominatur. *Hom. de Adam et Eva.*
134. Diabolus est serpens, deceptor hominis, prævaricator mundi, origo mortis, delicti materia, seminarium sceleris, calparum genus, inventor poenæ, vite ablator cœlestis. *Serm.* sup. illud. *Gen. 3: Inimicitias ponam*, etc.
135. Diabolus non naturæ nomen est, sed præsumptiosus; non enim diabolus factus est a principio, sed Angelus creatus est. *Hom.* 3, de *Patientia Job.*
136. Diabolus serpens est, aspis et basiliscus, et princeps omnium vitiorum. *Hom.* sup. *Psal.* xc, vers. 13.
137. Demones vere latronum sunt principes, atque magistri, et omnis malitiæ callidi machinatores. *Hom. de Nativit. septem Machabæor.*
138. Hostis diaboli Christus est, et omnia quæ diaboli sunt ipse dispergit. *Hom.* 42, sup. *Math. Oper. perf.*
139. Omnis qui obedit diabolo, ipse se deponit deorsum. *Hom.* 5, sup. *Math. Oper. imperf.*
140. Diabolus omni serpente nocentior est, insilit omnibus, et scorpionum instar aculeum exerens, impetit. *Hom.* 43, sup. 1. *Cor.*
141. Diabolo nihil est scelestius, suos enim undique inutilibus promissionibus obruit et dissipat. *Serm.* 2, sup. *Epist. ad Phil.*
142. Nihil diabolo scelestius, aut pejus. *Hom.* 65, ad *Pop. Antioch.*
143. Sunt inter immundos spiritus reliqui ne-s. JOAN. CLIV. quiores, qui peccatum solos operari nos minime consulant, ut graviori supplicio nos mulcendos parent. *Gradu* 26.
144. Nullum certius argumentum est, quod demones a nobis victi sint, si nos acerrime oppugnent. *Gradu* 26.

- S. JOANNES DAMASC. 145. Quaeque daemonum classis peculiare quoddam ministerium et officium animae pestiferum nacta est. Libro 1. *Parall.* cap. 12.
- S. IRENAEUS. 146. Diabolus nunquam omnino quietus est, immo nec ipsas quidem gentes vult in tranquillo agere, ut se alteritrum homines vice piscium consumant. Lib. 3, *advers. Hares.* cap. *Omnia.*
- S. ISID. HISP. 147. Diabolus non est inmissor, sed inceptor potius vitiorum. Lib. 3, *de Sum. bono*, cap. 5, sent. 6.
148. In oculis carnalium diabolus terribilis est, in electorum vero oculis terror ejus vilis est. *Ibid.* sent. 12.
149. Ab incredulis ut leo timetur, a fortibus in fide ut vermis contemnitur atque repellitur. *Ibid.*
150. Maligni spiritus hoc quod intra nos mundare cupimus, sine intermissione tentant iterum sordidare. *Ibid.*, sent. 20.
151. Multis vitiorum praestigis mentes reproborum diabolus pestifendo deludit. *Prose.*
152. Nunc promissis decipit, nunc rebus transitoris, quasi necessaris, allicit.
153. Nunc etiam ipsa inferni supplicia quasi levia et transitoria suggerit, quatenus miserorum corda in cupiditatem lasciviamque dissolvat, secum ad tartara ducat. *Ibid.*, sent. 21.
154. Diabolus pro suo merito aërem, quasi avis, pro carcere moritur. *Ibid.*, sent. 27.
155. Nunquam vacat diabolus adversus hominem justum; aut enim tribulationes cordis illi exaggerat, aut dolores corporis suscitatur. *Ibid.* sent. 34.
156. Inceptor diabolus eos, quos viventes accendit ad vitia, subito morientes pertrahere nititur ad tormenta. *Ibid.*, cap. 62, sent. 8.
- S. ISID. PELUS. 157. Diabolus idoneum tempus nactus, ea quae contigerunt magis inflammata, ad ultionem irritat, ad inimicitiam extimulat, ad accusationes excitat, injuriarum memoriam parit, innumeraque hinc mala procreat. Libro 2, ep. 189, *ad Ammonium.*
158. Diabolus exiguis effectibus, magnos occulte reddit; eaque quae curari felle possunt, vix aut etiam nullo modo curabilia efficit. *Ibid.*
- LACT. FIRM. 159. Demones qui ventitant aëra terram et circa pontum indefessi, domantur sub flagello Dei. Libro 1, *de Divin. Hist.*, cap. 7. verbo Graeco *εαίρως.*
160. Spiritus contaminati ac perdit per omnem terram vagantur, et solatium perditionis suae, perdendis hominibus operantur, et omnia insidiis, fraudibus, erroribus complent. *Ibid.*, lib. 2, cap. 15.
- S. LAURENT. JUSTIN. 161. Diabolus est mali auctor, nequitiæ origo, bonorum hostis, corruptio saeculi, homini inimi-

- cus. *De ligno vite, de Fide.* cap. 4, part. 1.
162. Diabolus laqueos tendit, lapsus parat, foveas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, mittit iras, dat virtutes odio, vitia addit, errores serit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, humana violat, divina contemnit. *Ibid.*
163. Inimicum malignis spiritibus est omne quod rectum, omne quod castum est. Serm. 19, *de Passione.*
164. Diaboli cibus est delicatus; iste enim non comedit grossum fœnum, sed subtile et tenuissimum; fœnum illud est Religiosus, Monachus, vel quicumque jejuniis macilentus. Serm. 8, *de S. Vincent.*
165. Diabolus est quidem per se nequam, fit tamen nequior provocatus. Serm. 12.
166. Diabolus impellit quidem viribus ad ruinam, sed posteaquam hominem prostraverit relinquit. *Prose.*
167. Diabolus non querit hominem, sed hominis interitum querit; ille malis nostris gaudet, turget ruinis nostris, vulneribus convalescit, nostrum sanguinem silit, nostra saturatur ex carne, nostris vivit ex mortibus.
168. Diabolus hominem non vult habere, sed perdere; quia ad coelum unde ille occidit, non vult, non fert, non patitur, hominem pervenire. *Ibid.*
169. Diabolus plus uritur de virtute stantium, quam letetur de fragilitate labentium. Ep. *ad Demetriad.*
170. Saepe diabolus quos impulsione non movit, ratione deiecit. *Ibid.*
171. Quanto clariore sunt meritis, tanto eos diabolus aptiores suis invenit insidiis. *Ibid.*
172. Maligni spiritus nihil est unde magis doleant, nihil est quod amplius ingemiscent, quam bonum nostrum, quam profectum nostrum. *Prose.*
173. Pene plus odierunt bona nostra, quam tormenta sua; imo maluit quotidie tormenta sua augere, quam nostra bona; et tamen tot conatibus, tantis discrimibus nihil aliud agunt, nisi ut boni quique quotidie meliores fiant. Part. 2, sup. *Psal.* II.
174. Demoniibus nulla est fides, nulla concordia, nullus pacti tenor, nulla jurati fœderis custodia. Lib. 1, in *Volumen Evangel.*
175. Omne quod loquitur diabolus, mendacium est, etiamsi sit, aut eveniat quippiam eorum, quae esse, vel futura esse dixerit; nihil enim corde simplici, nihil omnino loquitur absque intentione fallendi. Lib. 8, in *Joan.*, cap. 8, super illud: *Cum loquitur mendacium,*

S. LEO I.

PETR. BLES.

S. PETR. CHRYSOL.

SALVIAN.

S. SYNECUS EPISCOPUS.

S. THOMAS AQUINAS.

G. VALERIAN.

IN VII. PATR.

RICH. A

S. VICTORIS.

RUFERT. ABB.

176. Diabolus hostis est omni hoste truculentior, improvisus aggreditur, praevius elabitur, spernit obiectos, sternit incantos; si sequatur, intercepti; si fugiat, evadit. Lib. 8, ep. 6, *ad Nammatum.*
177. Omnis diabolo religiosa aedes, ac septa claudantur; nulla diabolo in paradiso pars est, qui si clam irrepserit, expelletur. Ep. 58.
178. Aer caliginosus est quasi carcer demonibus, usque ad tempus iudicii. Part. 1, q. 64, a. 4.
179. Demones ordinantur ad exercitium hominum, quibus impugnant, coronas fabricant. Sup. 2, sent. dist. 6, art. 4.
180. Demones semper igne inferni puniuntur, etiam quando in inferno non sunt. Sup. 2, sent. dist. 6, art. 4, ad 2.
181. Sicut demones sunt inceptorum vitiorum, ita sunt executores peccatorum. *Ibid.*, ad 4.
182. Diabolus ut bonis operibus insidietur, objecta saeculi pompa blanditur. Rom. 7, *de Misericord.*
183. Diabolus impudentissimus animarum violator est, pater tenebrarum. In *Vita S. Basilii*, cap. 8.
- Vide etiam tit. *Anima*, sent. 16; *Aslutia*, sent. 17, 20; *Cogitatio*, sent. 39; *Confessio*, sent. 29; *Cor.* sent. 34; *Damnatio*, sent. 1; *Deceptio*, sent. 8, 9, 10, 13, 25, 26, 27, 28, 31, 32; *Dicinctio*, sent. 14; *Exactio*, sent. 15; *Finis*, sent. 35; *Geheenna*, sent. 10; *Insidia*, sent. 16, 17, 22; *Mundus*, sent. 37; *Occisio*, sent. 69; *Persecutio*, sent. 53; *Præsentia Dei*, sent. 69; *Providentia* in genere sent. 14; *Serupulositas*, sent. 1; *Servitus*, sent. 37; *Suasio*, sent. 34; *Tentatio*, sent. 3, 8, 10, 17, 40, 78, 173, *Vigilare*, sent. 7.
- DIABOLI POTESTAS.
- SENTENTIA PATRUM.
- AMBROSIIUS. 1. Tanta est nequitia demonum, ut si Deus illis permitteret, statim ut homo mortale facinus admitteret, eum interficerent. Sup. *Apocal.*, cap. 9.
2. Diabolus quanto diutius possedit, tanto difficillius dimittit. Part. 2, tit. 9, *de Acedia*, cap. 13, § 4.
3. Diabolus tanquam lupus quidquid presserit pede subvertit; occidit. Serm. *Dom.* 2, *post Pascha.*
4. Demones hominis, quem captivum ducunt, cervici onera gravia imponunt; et tanquam hominem vel asinum per funem ad collum ligatum minando trahunt, et lasso nullam requiem dant, dum de peccato in peccatum precipitant. Serm. *Dom.* 6, *post Pascha.*
5. Quem non potest diabolus devorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest, opprobriis hominum, et malarum linguarum detractatione deficiat. Ep. 137, *ad Clerum.*
6. Diabolus utitur Deo, et eis permittit, ut aut exerceantur boni, aut puniantur mali. Annot. in *Job*, cap. 16.
7. Diabolus potestas quaedam est, plerumque tamen vult nocere, et non potest, quia potestas ista sub potestate est; non si tantum posset nocere diabolus quantum vult, non aliquis iustorum remaneret, aut aliquis fidelium esset in terra. Super *Psal.* lxi., vers. *Ultimo.*
8. Diabolus non potest intrare domum vel mentem, in qua pax dominatur. Serm. 2, *ad Frat.* in *eremo.*
9. Nisi quis porci more vixerit, nunquam accipiet in eum diabolus potestatem, aut ad probandum tantum, non autem ad perendum accipiet. Lib. 3, sup. *Luc.*, cap. 8, in illud: *Erat tibi grex porcorum*, etc.
10. Superbis et libidinosus plus dominatur diabolus. *De ordine vita.*
11. Debilis est hostis, qui non vicit, nisi volens. Serm. *Novavent.* tem. Sup. 2, sent. dist. 6, dub. 3.
12. Tanta est diaboli crudelitas, quod nos omni hora transglutiret, nisi divina protectio nos custodiret. Tit. 7 *Dieta*, cap. 1.
13. Illo tempore pravelet diabolus rapere, cum nobis, peccatis nostris obstantibus, Creator distulerit subvenire. Sup. *Psal.* 7, vers. 2: *Ne quando rapiat.*
14. Diabolus animas, quas comprehendit, conterit. *Ibid.*, vers. 5: *Persequatur inimicus*, etc.
15. Satanus quantum fortior, tantum nequior. Sup. *Psal.* lxxiii, vers. 13.
16. Evadere diabolum difficile poterit, qui diaboli laqueis semel implicavit. Ep. 72, *ad Pompeonium*, cap. 1.
17. Diabolus in his regnat, quos inquinat; et in his, quos polluit, dominatur. *De jejun.* et *tent. Christi*, cap. 6.
18. Adversarius est Satanus, qui per fraudem et dolorem eorum animis, qui rectam et inculpabilem vitam elegerunt, impedimenta objicere, et eorum qui a virtutum perfectione propius absunt, labores infringere facile possit. Rom. 10, *de Festis Paschal.*
19. Potest quidem diabolus animam incitare, cogere autem præter voluntatem omnino non potest. Catech. 4, *de Statu hominis.*
20. Diabolus persuadere quidem potest volentibus, cogere autem non potest. *Ibid.*, Catech. 4, *de Libris.*
- S. AUGUSTINUS.
- V. BEDA.
- S. BERNARD.
- S. BONAVENT.
- CASSIODORUS.
- S. CYPRIAN.
- S. CYRILLUS ALEX.
- S. CYRILLUS HIEROSOL.

- S. EPHREM. 21. Non quantum vult malignus tentat affligit que nos, sed quantum ipsi a Deo permittitur. *Serm. de Inpatientia.*
- S. EUSEBIUS 22. Diabolus obsessa semel pectora, mollissimis EMISS. seductionibus decipit. *Hom. 3 Epiph.*
- S. FRANCISCUS 23. Diabolus si de suo capillum habere potest ASSISIAS. ex homine, cito excrescere facit in trabem. In suis *Opusc., collat. 4.*
- FRANCISCUS 24. Valde multos diabolus, dum terram circuit, TITELMAN. in suam capit servitutem, quos ipse venatorum instar multa aviditate et diligentia insectatur, donec in reti suo omnes comprehendat. *Prosec.*
25. Hæc quidem sententia nimium, heu! nimium vera est; quos autem comprehenderit, eos velut servos et captivos ante se minat, et quasi iumentum servilia agit quo voluerit. In *Annot., sup. cap. 1, Job, in illud: Circuivi terram.*
- GLOSS. INT. 26. Omnes demones, maxime sunt potentia amatores. *Sup. Judith, cap. 2.*
- S. GREG. MAG. 27. Occulta iustitie licentia malignis spiritibus datur, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati poenam etiam volentes trahant. *Lib. 2 Moral., cap. 16.*
28. Omnis voluntas diaboli injusta est, et tamen permittente Deo omnis potestas justa. *Lib. 18 Moral., cap. 1, sup. illud, Job, 27: Vivit Deus, qui abstulit iudicium, etc.*
29. Formidari non debet, qui nihil nisi permixtus valet sola ergo vis illa timenda est, quæ cum hostem sævire permiserit, ei ad usum iusti iudicii, et injusta illius voluntas servit. *Ibid., l. c. 6.*
30. Diabolus a facie Domini exiit, quia potestatem tentationis accipiens, ad malitia suæ vota pervenit. *Ibid., cap. 8.*
31. Diabolus occupat incautos, inermes sciavit, timidos expoliat, alios necat, alios captivavit, alios suffocat. *Sup. septem Psalm. Psalms, sup. Psalms. VII, vers. 11.*
32. Antiquus hostis unde bonos cernit per charitatem provehi ad gloriam, inde perversos per invidiam rapit ad poenam. *Lib. Dialogi, cap. 15.*
- S. HIERON. 33. Nusquam diabolus aperta fronte se prodit. Tom., ep. 52, de *Vita Malchi.*
34. Infirmus hostis est, qui non potest vincere nisi volentem; non enim cogendo, sed suadendo nocet. *1. ad Demetriad.*
35. Potestas diaboli non in temeritate illius atque jaentia, sed in tua est voluntate. *Lib. 2, sup. Ep. ad Ephes., cap. 4, in illud: Neque locum detis diabolo.*
- HUGO A 36. Diabolus per quosdam de exercitu suo S. VICTORE claustralibus minatur, ut terreat eos; per alios blanditur, ut decipiat; per alios promittit, ut pervertat per reliquos insidiatur, ut rapiat. *Lib. 1, de Claustro animæ, capit. 1.*

37. Non est timendus diabolus, qui nihil potest, nisi permixtus. *Sup. Genes., cap. 31.*
38. In homine duo sunt, natura, scilicet, et voluntas. Diabolus si permittitur, potest supra naturam hominis, sed non super voluntatem hominis, quia homo, nisi volens, non potest vinci a diabolo. *Prosec.*
39. Vel potest dici quod diabolus possit super hominem, si sibi soli relinquatur; sed non potest super hominem, cum quo est gratia Dei. *Sup. Deuteronom., cap. 7.*
40. Diabolus non solum opus, sed etiam cogitationes corrumpere conatur. *Sup. III Reg., cap. 14.*
41. Aurum charitatis, et argentum castitatis, et vasa bonæ operationis tollit diabolus ab anima, quam capit per peccatum. *Prosec.*
42. Sic ergo totum hominem intus, et extra spoliat; a corde enim tollit charitatem, a corpore castitatem, et ab utroque bonam operationem. *Ibid.*
43. Habet diabolus jugum virgum, sceptrum; jugum diaboli, luxuria est; virga diaboli superbia est; sceptrum diaboli, avaritia est. *Sup. Isai., cap. 9.*
44. Diabolus in se fortis est, sed debilis in conspectu Dei; quia nihil potest, nisi permixtus; et non permittitur nocere, nisi volenti. *Sup. Hierem., cap. 5.*
45. Magnum tormentum est diabolo a læsione hominis cessare, quia tanto gravior dimittit, quanto diutius possedit. *Sup. Marc., cap. 4.*
46. Demones habent venenum in ore, ut serpentes; et in cauda, ut scorpiones, quia actionem bonam nituntur corrumpere in principio, et in fine. In principio, intentionem corrumpendo; in fine, vanam gloriam suggerendo. *Sup. Luc., cap. 10.*
47. Diabolus corda claudit, sed Dominus aperit. *Sup. Acta Apost., cap. 16.*
48. Diabolus neminem cogit, vel vim facit, sed decipit tantum; et quos negligentes videt, supplantat. *Hom. 31, sup. Genes.*
49. Licet diabolus aliquid possit, nihil tamen potest, nisi quando potestas ei fuerit concessa; potestas enim non est ei propria, sed a Deo illi concessa. *Serm. de Job. et Atrah.*
50. Diabolus ad malum hortari potest, cogere autem non potest. *Hom. 5, sup. Matth. Oper. imperf.*
51. Gaudium, gloria, et potestas diaboli nullibi est nisi in superbia, in invidia, in ira, in vana gloria, et his similibus. *Ibid.*
52. Diabolus non manducat, non bibit, non dormit, non opus aliquod aliud operatur, nisi ut

HUGO CARD

- tentat, ut fallat, ut subvertat; hic est cibus illius. hic honor, hoc gaudium, hæc potestas. *Ibid.*
53. Quamvis diabolus sit infirmus, tamen fortior est homine negligenti; fortem enim diabolus nostra negligentia facit, non illius potentia. *Ibid., Hom. 29.*
54. Diabolus ligatus est; malum quidem consilium suadere potest, cogere autem non potest. *Ibid.*
55. A seipso diabolus nihil agere potest, nisi occasionem a nobis acceperit. *Ibid., hom. 43.*
56. Nusquam nocentissimus ille adversarius irriat gravius, quam cum suorum instrumentorum multa eripi videt. *Hom. 43, super I Cor.*
57. Si diabolus nactus fuerit initium nocendi, omnia sibiipso subinde suapte ingenio vestigat et amplificat. *Serm. 14, sup. Ep. ad Ephes.*
- JOAN. DAM. 58. Nullam adversus quemquam vim ac potestatem demones habent, nisi ea ipsis Dei consilio ac dispensatione concedatur. *Prosec.*
59. Nullum vitium, nullum impurorum affectuum genus est, quod non ab ipsis excogitatum sit. *Lib. 2 Parall., cap. 4.*
- JOAN. TRITH. 60. Diabolus est mali auctor, nequitia origo, rerum hostis, corruptor sæculi, hominis semper inimicus. *Super Prolog. Regulae sancti Bened., cap. 2.*
- JOAN. TRITH. 61. Diabolus laqueos tendit, lapsus parat; foetas fodit, comparat ruinas; stimulat corpora, pungit animas; cogitationes suggerit, immittit iras; nutrit discordias, pacem turbat; sanctos affectus dissipare nititur; humana violat, divina tentat. *Ibid., et Laurent. Justin., De ligno vitæ, de fide, cap. 4.*
- JOAN. TRITH. 62. Licet diabolo data sit facultas tentandi, non tamen datur ei potestas nocendi, nisi quantum, Deo permittente, utile est ad nostram exercitationem. *Ibid., cap. 2, text. 17.*
- JOHN. DEUS. 63. Diabolus, apostata existens Angelus, hoc tantum potest quod egit in principio, sed necere et abstrahere mentem hominis ad transgredienda precepta Dei. *Lib. 5, advers. Hæres. cap. Omnia.*
- ACT. FIRM. 64. Diabolus omnia quæ illici possunt, pro laqueis habet, et quidem tam subtilibus, ut oculos mentis effugiant, ne possint hominis provisione vitari. *Prosec.*
65. Summa prudentia est pedetentim incedere quoniam utrobique diabolus saluti insidet, et offendicula pedibus latenter opponit. *De Opificio Dei, cap. 1.*
- LAURENT. JUSTIN. 66. Potestatibus Angelorum aeræ sunt subditæ potestates et per ipsos arcenitur, ne quantum
- volunt, hominibus noceant. *De Casto convubio, cap. 16.*
67. Vis omnis diaboli mendacio nititur. *Serm. 4 de Collectis.*
68. Diabolus facile in omnia flagitia impellit, quos religione decipit. *Ibid.*
69. Adversarius in apertis inefficax persecutionibus, tecta nocendi arte desavit, ut quos non percutit ictu afflictionis, lapsu dejiciat voluptatis. *Serm. 6 Epiphani.*
70. Diabolus quorum obtinere non potest mortes, impetit mores; et quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. *Prosec.*
71. Malignitas enim longo usu propria imbuta nequitia non deponit odium, sed vertit ingenium, quo sibi mentes fidelium blandius subdat.
72. Inflammat concupiscentiis, quos non potest vexare tormentis; serit discordias, accendit iras, incitat linguas. *Ibid.*
73. Non ignoramus, quod hi hostes nostri contra se geri omnia sentiunt, quæcumque nos pro nostra salute agere tentamus; et hoc ipso quod boni aliquid appetimus, adversarios provocamus. *Prosec.*
74. Hæc enim inter nos atque illos per diabolicam invidiam fomentem inveterata dissenso est; ut quia illi ab his bonis exciderunt, ad quæ nos (Deo auxiliante) provehimur, nostris justificationibus torqueantur.
75. Si ergo nos erigimur, demones corruunt; si nos convalescimus, illi infirmantur. Remedia nostra plagæ ipsorum sunt, quia curatione nostrorum vulnere vulnerantur. *Serm. 4, Quadrag.*
76. Fremit expoliati hostis impius furor, et novum quærit lucrum, quia jus perdidit antiquum. *Prosec.*
77. Captat indefessus et pervigil, si quas reperiat oves a sacris gregibus negligentius evagantes, quas per procliva voluptatum, et per devexa luxuriæ in diversoria mortis inducat.
78. Inflammat iras, nutrit odia, acuit cupiditates, irridet continentiam, incitat gulam. *Ibid., serm. 2.*
79. Non ambigatis diabolum (qui omnium virtutum est adversarius) invadere, et ad hoc vim suæ malignitatis armare, ut pietati laqueos de ipsa pietate præstendat; et quos non potuerit dejicere per diffidentiam, conetur superare per gloriam. *Ibid., serm. 4.*
80. Ad præmia æterna tendentibus, in eo maxime diaboli insidiatur astutia, ut quorum pervertere non potest probitatem, subrat fidem. *Ibid., serm. 6.*
81. Diabolus malitia nocendi avidus, dum ir-

S. LEO II.

ruit, ruit; dum capit, capitur. *Serm. 6 de Pasione.*

82. Malignis spiritibus nihil in quemquam amplius licet, quam iustitia divina permiserit, qui dignatur suos aut corrigere disciplina, aut exercere patientia. *Ibid.*, serm. 19.

83. Beneficia demonum omnibus sunt nocentiora vulneribus; quia tutius est homini inimicium diaboli meruisse, quam pacem. *Ibid.*

84. Malignorum spirituum adversus sanctos insidia non quiescunt; et sive occulto dolo, sive aperto praelio omnibus fidelibus propositum bonae voluntatis infestant. *Ibid.*

85. Novit diabolus cui adhaere aëstus cupiditatis, cui illecebras gulae ingerat, cui apponat incitamenta luxuria, cui infundat virus invidiae. *Prosece.*

86. Novit quem merore conturbet, quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat.

87. Omnium discutit consuetudinem, ventilat curas, scrutatur affectus; et ibi causas querit nocendi, ubi quemque viderit studiosius occupari. *Serm. 7, de Nativit.*

S. MACHARIUS
EGYPT.

88. Satan terrenis occupationibus cribrat omne genus hominum obscuriorum peccato. *Hom. 5.*

S. MAXIMUS
MART.

89. Demones quoties nostri curam non habemus, ipsi observata opportunitate, ex improvise in nos magna cum vehementia irruunt. *De Charit.*, centur. 2, cap. 33.

ORIGENES.

90. Si demonis auferatur libertas arbitrii, nullus ultra impugnetur athleta Christi; nullo autem impugnannte, nec certamen aliquod erit; et sublato certamine; nullum erit premium, nulla victoria. *Hom. 13, in cap. 22. Numer.*

91. Nequissimi demones subito pervolant totum mundum, subito universa peragrunt, quae caelo sunt, et ubique subito sunt praesentes in omni praelio, in omni pugna, in omni perturbatione atque moris ruina, in omni seditione ac tumultu, in omni contentione et lite, in omni sanguine et homicidio, in omni furto et adulterio, ubique praesentes sunt nequissimi demones. *Lib. 1, in Job, sup. illud 1: Circiviti omnem terram.*

PETR. BLES.

92. Diabolus quando potest, et quantum potest, nos non cessat fallere; et quanto nos nequius decipit, tanto graviori poenae seipsum subicit. *Serm. 45.*

S. PETRUS
CHRYSOLOG.

93. Diabolus mali auctor, nequitiae origo, rerum hostis, secundi hominis semper inimicus, laqueos tendit, lapsus parat, foveas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, dat virtutes odio,

vitia dat amori, errores serit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, consendit unitatem, sapit malum, violat divina, humana tentat. *Serm. 11.*

94. Diabolus semper primordia boni pulsat, tentat rudimenta virtutum, sancta in ipso ortu festinat extinguere, sciens quod ea subvertere fundata non possit. *Ibid.*

95. Sic suos suadet diabolus, sic suis providet semper, sic suos elevat, ut de allo precipiet, validus in ruinam. *Ibid.*, serm. 15.

96. Consiliis suis se diabolus prodit; lapsus querit, praecipitia imperat, et tali consilio multos martyres suos facit sine clamore, dicendo: Si vis martyr esse, mitte te deorsum; ut eos impellat de allo ad mortem, non de humili tollat et elevet ad coronam. *Ibid.*

97. Demones nisi vincit, non cedent; laedere non valent, nisi jussi. *Ibid.*, serm. 16.

98. Diabolus totius mali et auctor est et origo: diabolus natura coelestis fuit, nunc est nequitia spiritualis, aetate major saeculo, nocendi usi tritus, laedendi arte peritissimus. *Ibid.*, serm. 70.

99. Diabolus non peccatores querit capere, quos possidet subjugatos; sed ut justos capiat, elaborat. *Ibid.*, serm. 97.

100. Diabolus nihil esset, si essent sollicitiores homines et cautiore. *Ibid.*, serm. 105.

101. Quid in homine unquam diabolus praevaleat virtute, nisi arte, mendacio, insidiis, fraude, dolo, nequitia, vitiorum ministerio, furore criminum? *Prosece.*

102. Ille voluntates hominum semper explorat, et bonas quidem voluntates refugit, malis autem voluntatibus obsecundat; ut sit minister scelerum, criminum leno, parasitus ipe vitiorum.

103. Et quia potestate non potest, dominatur turpissimis mentibus, turpissima servitute: sic mendacio decepti Evam, sic cupiditate laqueavit Judam, sic Iudeos caecavit invidia, sic gentes idololorum caligavit errore, sic confudit populos pompa et vanitate rerum. *Ibid.*

104. Diabolus venit in oratorium, dormitorium occupat, insidet refectorio, circum claustrum, revisit officinas; nullam praetermittit artem nocendi, sed ubique suae calliditatis assignat argutias. *Prosece.*

105. Et in choro quidem inter orandum et psallendum mentem pertrahit in diversa, praetertorium rememoratione puritatem intellectus involvens.

106. In choro devotionem, in thono castitatem, in refectorio paritatem, in claustrum lectionem, in officinis silentii virtutem, virtutis inimicus extirpat. *Serm. 60, de Vigil. Nat. Dom.*

PROSPER. 107. Demones hominibus nihil noxae inferre possunt, nisi Deus permiserit. *Sup. Psalm. cant. vers. 22.*

108. Diabolus indesinenter habet nocendi cupiditatem, nemini tamen plus tentationum potest inferre, quam sinitur. *Ibid.*, vers. 28.

RICH. A. VICTORE. 109. Nihil aliud circa nos Dominus per diabolum facere, vel fieri permittit, nisi quod pium, vel quod justum esse discernit. *Part. 9, sup. Psalm. cxxiv.*

ROBERTUS HELLARMIN. 110. Diabolus utitur corpore tanquam instrumento ad debellandam animam; et quo corpus magis viget ac floret, eo est aptius instrumentum diaboli. *Conc. 23 Dom. 1 Quadrag.*

ROBERTUS ABBAS. 111. Diabolus quocumque in malo sit subtilis et callidus, quantumcumque creatura perversione malitiosus abutatur, tamen ad cognoscendum arcanae divinitatis consilium, brutum est. *Lib. 1, in lib. Regum, cap. 25.*

THEODORET. 112. Permittente Deo demones operantur. *Quaest. 12, sup. Deuter.*
Vide etiam tit. *Homo*, sent. 89; *Potestas*, sent. 3.

DIES.

COLLECTOR. *Definitio.* Dies est praesentia solis, sive sol super terras, sicut nox sol sub terris. *Vel.*

Dies est lux diei, spatium viginti quatuor horarum continens.

SENTENTIAE PATRUM.

AMEROSIUS. 1. Finis diei vesper est; jam sequens dies ex noctis fine succedit. *Lib. 1. Hexam. cap. 10.*

2. Horae diei duodecim sunt. *Lib. 7, sup. Luc. cap. 15, in illud: Quantis panibus, etc.*

3. Diem sol facit, menses cursus lunae. *Sup. Ep. ad Galat., cap. 4, in illud: Dies observatis, etc.*

4. Mora unius diei in caelo praefertur innumerabilibus annis hujus vitae plenae deliciis. *Lib. 3, de Lib. arb., cap. 25.*

AGUSTIN. 5. Tardabam converti ad Deum, et differere die in diem vivere in te. *Lib. 6. Conf., cap. 11.*

6. Anni tui dies unus, et dies tuus non quotidie, sed hodie; quia hodiernus tuus non cedit crastino, neque succedit hesternum. *Ibid.*, lib. 11, cap. 13.

7. Totus dies nocturnis et diurnis horis omnibus viginti quatuor expletur. *Ibid.*, cap. 13.

8. Ubi dies nec hesterni fine inchoatur, nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. *In Enchirid., cap. 49.*

9. Diem laetum dicimus, quia laetos nos facit. *Lib. 1 de Genesi contra Manich., cap. 22.*

10. Septem dies hebdomadae, sunt septem aetates mundi. *Ibid.*, cap. 23, per totum.

11. In quo quemque invenerit suus novissimus dies, in hoc eum comprehendit mundi novissimus dies. *Ep. 80.*

12. Ira extirpavit eor, si in alium diem daverit. *Ep. 87.*

13. Diem mortis bene omnes differre conantur; tantum habet vim carnis et animae dulces consortium. *Ep. 120, cap. 6.*

14. Ultimum diem nulli mortalium evitare conceditur. *Epist. 237.*

15. In toto tempore mundi dies veniant praetereunt similes, nullus autem idem redit. *Lib. 4, de Genesi ad lit., cap. 1.*

16. Totus dies, totus circuitus solis verius nuncupatur, non ab oriente usque in occidentem, sed ab oriente usque ad orientem. *Ep. 80.*

17. In his quae evidentius appellantur creata, vel facta, primum factus est dies. *Lib. 3, de Genesi ad lit., cap. 5.*

18. Apud Deum nunquam crastinus, nunquam hesternus dies est, sed semper hodie. *De Quinque haeres., cap. 1.*

19. Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies. *Hom. 13, Ex quingvog. Hom.*

20. Dies praesentis saeculi boni dicuntur, et non sunt. *Ibid.*, hom. 1, cap. 3.

21. Malos dies vis addere malis diebus, quia promisit tibi Deus indulgentiam; sed crastino die te victuram nemo promisit. *Ibid.*, hom. 11, cap. 3.

22. Hodiernum diem in malitia peregristi, vel eras mutare cogitas; nescis quid pariat crastinus dies. *Tract. 33 sup. Joan.*

23. Propter illos qui spe perdidit, fecit Deus diem mortis incertum; quando veniat ultimus dies nescis; ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris. *Ibid.*

24. Dies iste qui circuitu solis hujus impletur, paucas horas habet, dies praesentiae Christi usque in consummationem saeculi extenditur. *Ibid.*, tract. 44.

25. Non aliter probatur perfecta charitas, nisi cum operari dies mortis desiderari. *Tract. 9, sup. Ep. Joan.*

26. Incertus dies tanquam quotidianus sperandus est. *De decem chordis, cap. 2.*

27. Melior tibi est dies una, super millia dierum. *Prosece.*

28. Millia dierum desiderant homines, et multum volunt vivere; contemnunt millia dierum, desiderant unum diem, qui non habet ortum neque occasum.

29. Unum diem, diem sempiternum, cui non cedit hesternus, quem non urget crastinus. *Super Psalm. lxxxiii, vers. 10, Melior est dies*

30. Novissimus dies terribiliter venturus au-
ditur eis, qui securi esse bene vivendo nolunt, et
male vivere diu volunt. Super *Psalm.* xxxvi.
31. Dies novissimus sicut infidelibus laborem
auget, sic fidelibus finit. *Ibid.*
32. Elsi longe sit dies iudicii, tunc certe dies
ultimus, longe abesse non potest. *Ibid.*
33. Dies malos duas res faciunt, miseria homi-
nium et malitia hominum; sed miseria com-
munis est, non autem malitia. *De Verbis Apost.*,
serm. 24.
- V. BEDA. 34. Omnis dies velut ultimus tractandus est.
In suis *Prov.*, verbo *Omnis*.
- S. BERNARD. 35. Veniet dies iudicii, ubi plus valent pura
corda, quam astuta verba, et conscientia bona,
quam marsupia plena. Epist. 1, ad *Robertum*.
- S. BONAVENT. 36. Festi dies per honestum quietis otium, alii
vero dies per laboris debiti exercitium honoran-
tur. In *Speculo discipul.*, part. 1, cap. 22.
- CASSIODORUS. 37. Licet Deus cunctos dies creaverit, singula-
riter tamen diem fecisset dicitur, qui Christi Do-
mini Nativitate sacratus est. Super *Psalm.* cxvii,
vers. 23, *Hæc est dies*, etc.
- S. KUSEBIUS
EMISEN. 38. Cito transeunt dies nostri, utinam bene
transeant? Homil. 10, ad *Monachos*.
39. Incendiores sunt illi dies, quibus renascimur,
vel reparamur, quam illi, quibus nascimur.
Hom. 6, de *Pascha*.
40. Quis mihi reddet hunc diem, quem in
vanis fabulis perdidit? *Ibid.*, hom. 9, ad *Monachos*.
41. Quis mihi reddet hanc diem, quam vanis
rebus perdidit, quam in cogitationibus noxiis
pessimisque consumpsi? *Ibid.*, hom. de *Macha-
bizis*.
- S. GREGOR.
MAGN. 42. Diabolus diem se exhibet, quia per pros-
pera incipit, sed in noctis tenebras semper de-
sinit, quia ad adversa perducit. Libro 4, *Moral.*,
cap. 9.
- S. GREG.
THACMATUBO. 43. Homini diviti, dies tenebræ sunt. Super
Ecclesiasten, cap. 5.
- HAYMO. 44. Diem malum appellamus præsens tempus,
non quod per se malum sit; sed quia multa mala
in eo liant. *Serm. Dom.* 22, post *Pent.*
- S. HIERON. 45. Virtutes dies bono viventi faciunt, vitia
malos. Super *Ecclesiasten*, cap. 7, super illud:
Ne dixeris quid factum est, etc.
- S. INNOC. III. 46. Dies illi sunt nostri quibus bene vivimus,
et vitam æternam mereamur; illi vero non nostri,
sed potius alieni, quibus opera diaboli exercemus.
Super *Psalm.* ci, vers. 23.
- S. JOANNES
CHRYSOST. 47. Extremæ ingratitude illud est, cum sex
dies impenduntur rebus secularibus, unum spi-
ritualibus diem nolle impendere. Homil. 5, su-
per *Malth. Oper. perfect.*

48. Si vel parum argenti amiseris, id omnino
damnum appellas; sin totos dies in diaboli ope-
ribus consumpseris, nihil amisisse opinaris. Ho-
mil. 57, super *Joannem*.
49. Ne unum quidem diem toto vite nostræ
tempore nos transigere liceat, si fieri potest, quo
non aliquid lucri nobis reponamus. Hom. 73, ad
Popul. Antiochen.
50. Nulla prætereat dies, in qua unusquisque
se melior non evaserit. Libro 1, homil. 9, ad *Mo-
nachos*.
51. Dies a sole magis effulgescit, et augecit. S. IRENEUS.
Libro 2, advers. *Hæres.*, cap. 27.
52. Dies æternitatis, dies est sine fine. Lib. 3, LUDOV. BLOS.
Psychagog., cap. 3.
53. Non videbit diem malum, qui dies bonos
habere pauperem fecit; videbit diem malum,
qui diem iudicii sine advocacione pauperis intra-
verit. *Serm.* 144.

SENTENTIE PAGANORUM.

54. Cum dubia incertis versetur vita periculis,
Pro lucro tibi pone diem, quicumque laboras.
Lib. 1, *Distichor.*, metr. 64.
55. Quot dies quam frigidis rebus absumpsi!
Lib. 1, epist. 9, ad *Mivutium Fundan.*
56. Instar totius vitæ dies est. Epist. 61.
57. Agit nos, agiturque velox dies, insci rapi-
mur; omnia in futurum disponimus, et inter
præcipitia lenti sumus; meliora prætervolant, de-
teriora succedunt. Ep. 108.
58. Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit.
Ep. 123.
59. Unus dies, gradus est vitæ. Ep. 42.
60. Angustissimum habet dies gymum, sed et
hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occa-
sum. *Ibid.*
61. Unus dies par omni est; nam si dies tem-
pus est viginti quatuor horarum, necesse est
omne inter se dies pares esse; quia nox habet
quod dies perdidit. *Ibid.*
62. Quotidie est deterior posterior dies. In suis
Proverb.
Vide etiam tit. *Præscientia Dei*, sent. 56; *Timor
mortis*, sent. 97.

DIFFERENTIE.

Definitio. Differentia est, qua species abundat
a genere.

Vel.

Differentia est quod prædicatur de pluribus
differentibus specie in eo quod quale.

SENTENTIE PATRUM.

1. Hoc est brevissima et apertissima differentia s. AUGUST.

- duorum testamentorum, timor et amor. *Contra
Adinant.*, cap. 17.
2. Per multas differentias aliter atque aliter
quæque res ad discernendum dividi solent; ut
quod in hac erate part. per alias differentias, in
alia parte inveniat ubi ante non erat. Lib. 20,
contra Faustum, cap. 10.
3. Different neglectus et contemptus; neglectus
langor inertie est, contemptus vero super-
bie tumor. *De præcepto et dispens.*
4. Differentie ibi absunt, ubi abest pluralitas.
De Trin.
5. Non discernuntur filii Dei, et filii diaboli,
nisi humilitate et superbia. Quicumque super-
bum videris, diaboli filium esse non dubites;
quicumque humilem conplexeris, Dei esse fi-
lium confidenter credere debes. Homil. 18.
6. Brevis differentia Evangelii et legis, est amor
et timor. Super *Epist. Jacobi*, cap. 1, art. 3.
7. Mos et mores et consuetudo differunt; nam
mos sumitur pro jure non scripto, consuetudo
sumitur generaliter pro jure scripto et non scri-
pto, mores sumuntur pro frequentibus actibus
hominum. In *Decretis Gratiani*.
8. Docilis et docibilis differunt; quia homo est
docilis, liber docibilis. In *Decret. Gratiani*.
9. Different ista duo, conviciari et impropera-
re. Nam conviciari est imponere, vel irrogare alicui
crimen vitiosum; improperare vero est alicui
turpe irrogare, quod tamen non est vitium.
Sup. *Ecclesiastic.*, cap. 23.
10. Impietas est, in Deum peccasse; iniquitas,
in homines. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 1, in illud:
Super omnem impietatem.
11. Quia in hac vita est discretio operum, erit
in illa æterna procul dubio discretio dignitatum.
Libro 4, *Moral.*, cap. 31.
12. Principari et dominari differunt; nam prin-
cipari est inter reliquos priorem existere, domi-
nari vero est etiam subiectos quosque possidere.
Hom. 34, sup. *Evang.*
13. Inter Christianum et Gentilem non fides
tantum debet, sed etiam vita distinguere; et di-
versam religionem, per diversa opera monstrare.
Epist. 14, ad *Celantiam*.
14. Summa tibi scientia sit, et notitia summa,
vita virtutesque distinguere; quæ quanquam
semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis
tantia junguntur similitudine, ut discerni omnino
vix possint. *Prosec.*
15. Quam multi enim superbiam, libertatis lo-
co ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt,
malitiam prudentiæ amplectuntur vice, et stulti-
tiæ simplicitatis nomen imponunt; hæc fallaci-
atque pessima similitudine decepti, vitiiis pro vir-
- tutibus gloriantur. Epist. 1, ad *Demetriad.*
16. Accenditur consideracione cogitatio, in-
flammatur discretione meditatio, illuminatur co-
gitatione contemplatio. *Prosec.*
17. Est cogitatio in mente, quasi fumus in
igne; meditatio, quasi flamma cum fumo; con-
templatio, ignis cum flamma sine fumo.
18. Cum mens ad consideranda celestia labo-
rat, tunc cogitatio occupatione temporalium im-
peditur, meditatio otio conturbatur, contempla-
tio curiositate revocatur. Lib. 2, de *Claustro anim.*,
cap. 14.
19. Sit diversitas inter indumentum palatii et
monachi. *Ibid.*, cap. 18.
20. Differentia est inter gloriam et honorem;
quia gloria est in se ad alios, honor vero in se ab
aliis. Sup. *Psalm.* viii.
21. Differentia est inter probare et examinare;
probare querit rationem facti, examinare ipsum
factum; ratio facti magis cor tangit, factum vero
magis tangit corpus. Sup. *Psalm.* xvi.
22. Differentia est inter peccatum et delictum:
peccatum est in commissis, delictum vero in
omissis. Super *Psalm.* xviii.
23. Differentia est inter mansuetum et mitem;
mansuetus est, qui nec movetur, non deducitur;
mitis autem, qui nec movetur, nec deducitur.
Sup. *Psalm.* xxiv.
24. Differunt inter se inops, pauper, et egenus.
Inops proprie dicitur, qui nihil habet, qui
est sine ope et opibus; pauper, cui non sufficit
quod habet; egenus, qui ab aliis querit mendi-
cando quod habet. Super *Psalm.* xxxiv.
25. Differunt misericordia, et miseratio: quia
misericordia dicit habitum virtutis, miseratio au-
tem dicit actum. Super *Psalm.* l.
26. Nota differentiam inter impietatem, ini-
quitatem, et peccatum: quia impietas est in
Deum, iniquitas in proximum, peccatum in seip-
sum. *Ibid.*
27. Nota differentiam inter desiderium et con-
cupiscentiam: concupiscentur enim et quod ha-
betur et quod non habetur, desideratur autem
tantum id quod non habetur. Super *Psalm.*
cxviii.
28. Differentia est inter tribulationem et an-
gustiam: tribulatio enim exterior est, angustia
interior. Sup. *Psalm.* cxviii, in illud: *Tribulatio et
angustia invenerunt me*.
29. Differunt pravitas et perversitas: pravitas
enim ad intellectum, perversitas ad effectum re-
ferenda est. Sup. *Prov.*, cap. 8.
30. Distat inter misericordiam, et pietatem, et
clementiam: quia misericordia est misera cor-
dis de alieno malo, quod facit suum, pietas sua

HUGO A
S. VICTORE.

HUGO CARD.

BERNARD.

BOETIUS.

C. SARIUS
ARELAT.

S. PETRUS
CHRYSOL.

DIONYSIUS
CARTHUS.

BLOS, DECR.

CATO PORT.

PLINUS L.

SENECA.

GREG. ORD.

GREG. MAG.

HIERONYM.

bona aliis communicat, elementia vero est lenitas in penis florum mitigandis. Super *Proverb.*, c. 11.

31. Differunt superbus et arrogans: quia superbus est proprie, qui aliis appetit præeminere vel præesse: arrogans vero qui falso sibi tribuit quod non habet, vel quod habet adscribit meritis, vel viribus suis. *Ibid.*, cap. 21.

32. Differit impius et peccator: impius enim in fide errat, peccator in moribus. Vel impius in magis sceleribus, peccator etiam in minoribus. Sup. *Ecclesiasten*, cap. 8.

33. Differentia est inter apostasiam et superbiam: nam apostasia dicitur voluntas non subsediendi, superbia vero voluntas præessendi. Super *Ecclesiastic.*, cap. 10.

34. Differunt miseriatio et misericordia, sicut fons et rivulus: misericordia enim quasi fons est in affectu; miseriatio quasi rivulus in effectu. Sup. *Ecclesiastic.*, cap. 18.

35. Hoc distat inter renuntiare et relinquere: quia renuntiare convenit omnibus, qui licite mundanis utuntur; relinquere vero omnia perfectorum est, qui omnia temporalia abijciunt propter Deum. Super *Luc.*, cap. 14.

36. Differunt lux et lumen, sicut fons et rivus: lux enim est in propria natura existens, lumen autem actus lucis. Super *Joann.*, cap. 1.

37. Aliud est non diligere, et aliud odire: quia non diligere est quedam privatio, odire positio. Sup. *1 Joan.*, cap. 3.

38. Hoc inter pastorem et mercenarium est differentia. Alter propriae, contemptis ovis; alter sua contempta, ovium semper salutem invigilat. Hom. 89, sup. *Joan.*

39. Inter nullum et neminem hoc interest, quod nullus potest ad aliquid referri, nemo ad hominem, et est nemo, quasi ne homo. Lib. 1, de *Different.*, different. 2.

40. Inter deserere et relinquere hoc interest, quod relinquimus voluntate, deserimus inviti. *Ibid.*, different. 41.

41. Inter donum et munus hoc interest, quod donum dantis sit, munus accipientis; illud a dando, istud a muniendo. *Ibid.*, different. 108.

42. Hebetudo, stultitia, ignorantia et precipitatio differunt, quia prima opponitur intellectui, secunda sapientie, tertia scientie, quarta consilio. 2, 2, quæst. 9, art. 6.

DIFFICULTAS.

Definitio. Difficile est quod transcendit potentiam. Parte 1 *Summæ*, quæst. 62, art. 2, ad 2.

SENTENTIE PATRUM.

8. AMBROSIIUS. 4. Nihil est tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus. Lib. 3 *Hexæm.*, cap. 18.

2. Res magnas et apprehensu difficiles, non nisi fide consequi datur. De *Incarnat.*, *verbi.*

3. Nihil est tam arduum atque difficile, quod non Deo adjuvante planissimum, atque expeditissimum fiat. Libro 1 de *Lib. arbitrio*, cap. 6.

4. Nihil est tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. De *Moribus Eccles.*, cap. 22.

5. Vig Deum duræ sunt timori, leves amoris. De *Natura et gratia*, cap. 70.

6. Quidquid difficile est, leve est amanti. Super *Psal.*, lxxvii, vers. 14.

7. Rumpit vincula difficultatis, qui se constituit in operationem æquitatis. Sup. *Psal.*, cvi, vers. 8.

8. Facta est facultas, quæ antea fuerat difficultas. *Ibid.*, vers. 8.

9. Quæ hominibus difficilia sunt, Deo facilia sunt; cui facile est, quod hominibus difficile est. Sup. *Psal.*, cx, vers. 5 et 6.

10. Omnia seva et immania, prorsus facilia et prope nulla efficit amor. Serm. 9, de *Verbis Dom.*

11. Quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. *Ibid.*

12. Nihil tam facile homini voluntati est, quam ipsa sibi: hæc sufficit Deo. *Ibid.*

13. Omne impossibile difficile est, sed non omne difficile est impossibile. Serm. 1, post *Dom.* 5 *Trinit.*

14. Anima id solum agere videtur, quod agit cum difficultate. De *Quantit. animæ*, cap. 35.

15. Nihil credentibus impossibile, nihil amantibus difficile, nihil asperum mitibus, nihil humilibus arduum reperitur. Serm. de *Convers.* ad *clericos*, cap. 30.

16. Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipso rerum difficultate. Ep. 236, ad *Eugen. pap.*

17. Nil est tam durum, quod duriori non cedat. Libro 3, de *Consid.* ad *Eugen. pap.*

18. Nulla ibi apparet difficultas, ubi est charitas. Serm. 14, de *Cena Dom.*

19. Omnis difficultas contidendi, orandi, laudandi, et utilia loquendi, vinculum est diaboli. Serm. 3, *Dom.* 11, post *Pent.*

20. Totum te Deo committe, et quod tibi est grave, fiet cito portabile. In *Alphabeta religionis*, lect. 19.

21. Fac quod in te est, sicque cito senties facile quod fuit difficile. De *perfect. charit.*, art. 4.

22. Nil sibi mens difficile æstimet, quod perfecte peragi ab aliis videt. Lib. 9, *Moral.*, cap. 35.

23. Nulla res tam facilis est, quin difficultis fiat, si invitus facias. Ep. 19, ad *Præsidium*, de *cereis paschali.*

24. Studio et vigilantia etiam omnia ardua et difficilia facilia fiunt. Hom. 14, *super Gen.*

25. Quando superna gratia cooperatrix est, difficilia facilia fiunt, et graviora levia. *Ibid.*, hom. 54.

26. Quanto quis sauciatu charitatis desiderio, nihil difficile spectat, sed id quod fuerit plenum periculis, et multa miseria, leviter fert, ut suo potiatu desiderio. *Ibid.*, hom. 55.

27. Versari in rebus difficilissimis, easque difficultates eluctari ac superare, immense cujusdam virtutis est. Hom. 1, *super I. Cor.*

28. Ex longo usu etiam difficilissima levia sunt. De *Casto connubio*, cap. 7.

29. Nihil arduum, nihil magnum est magno viro; nec timendum est ei quidquam esse difficile, cum soleat difficultas ex solo timore procedere. Epist. 87, ad *Guitelm.*, *episcop. Eliens.*

30. Deo favente ac propitio, facilia redduntur omnia difficilia. De *præmissis.*

31. Fiat, Domine, mihi possibile per gratiam, quod mihi impossibile videtur per naturam. Libro 3, de *Imit. Christi*, cap. 19, sect. 4.

SENTENTIE PAGANORUM.

32. Quid est præclarum, quod non idem arduum et difficile? Lib. 3, *Tusc. quæst.*

33. For difficilia, ut facilia levius feras. In suis *Sent.*, sent. 142.

34. Nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducit assidua meditatio. Libro 2, de *Tra.*, c. 12.

35. Majus est perfringere difficilia, quam læta moderari. Ep. 66.

36. Nos omnia nobis difficilia, facilius fastidium fecimus. Epist. 99.

37. Non quia difficilia, non audemus; sed quia non audemus, difficilia sunt. Epist. 104.

Vide etiam tit. *Incipere*, sent. 80; *Malum*, sentent. 145; *Mandalorum facilitas*, per totum. *Natura*, sent. 69, 79.

DIGNITAS, DIGNUS.

Definitio. Dignitas est alicujus honesti, et cultu, et honore, et verecundia digna auctoritas. Libro 2, de *Invent. Rhetor.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Non sancta indigno committenda arbitris. Libro 2, *Offic.*, cap. 24.

2. Ita incubuerunt mores hominum ad admirationem divitiarum, ut nemo nisi dives honore dignus putetur. *Ibid.*, cap. 26.

3. Dignus plane debet esse vir, qui sequendus proponitur omnibus. Libro 10, epist. 82, ad *Vercellensem Ecclesiam.*

4. Dignitates et honores temporales pene sunt periculis, et vitis malis. Parte 2, tit. 3, cap. 5, § 2.

5. Tu qui dignitatis culmen affectas, tunc gratie exitium, tunc fime dispendium, tui corporis periculum inquiris. Serm. *Dom.* 17 post *Trinit.*

6. Quisquis ad majora idoneus est, nullo magis ad minorâ idoneus erit. De *Passione et cruce Domini.*

7. Quantum damni, et jacturæ facit qui, dignitatem adeptus, non exercet ministerium recte et assidue. Epist. 3, ad *Episc. Apavencæ.*

8. Dignitatis homini negotari deforme est, et popinam ingredi notabile est. De *Quæst. Vet. et Novi Testam.*, quæst. 102.

9. Quanto præ aliis major dignitas in honore est, tanto major difficultas in reddenda ratione. Ser. 39, ad *Frates in Eremito.*

10. Omnis hujus seculi dignitas, ad spem vitæ æternæ commutata est. De *Agone*, cap. 12.

11. Non placeatur Dei majestas, quibus humana dignitas inquitatur. Libro 2, de *Civ. Dei*, cap. 29.

12. Fastigium dignitatum nihil afferunt consolationis; cum sit eis indigere, quam eminare præstantius. Ep. 121, cap. 2.

13. Deus nullum eligit dignum, sed eligendo efficit dignum; nullum tamen punit indignum. Libro 5, *contra Julian.*, cap. 3.

14. Dignitas sine scientia non procedit; illi vero etiam obest, si virtus defuerit. Tract. de *Diligendo Deo.*

15. Dignatio locum non habet, ubi fuerit dignitatis præsumptio. De *Inter. domo*, cap. 37.

16. Humilitas in dignitate, dignitas est dignitatis. *Prose.*

17. Omnis dignitas ipso dignitatis nomine est indigna, si humilia designatur. Libro 5, *Fiorum*, cap. 9.

18. Non virtutibus ex dignitate, sed ex virtute dignitatibus honor accedit. Libro 2, de *Consolat. Philosoph.*, prosa 6.

19. Collata improbis dignitas, non modo non efficit dignos; sed prodit potius, et ostendit indignos. *Ibid.*

20. Non possumus ob honores reverentia dignos iudicare, quos ipsis honoribus iudicamus indignos. *Ibid.*, lib. 3, prosa 4.

21. Inest dignitas propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adjuncta, transfundit. *Ibid.*

22. Sæpius dignitas improbos facit, quos pluribus ostentat despectores. *Ibid.*

23. Si reverendos facere nequeunt dignitates, si improborum contagione sordescunt, si mutatione temporum splendere desinunt, quid est

- quod in se expectande pulchritudinis habeant, ne dum aliis presentent? *Ibid.*
- S. BONAVENT.** 24. Nullus debet gloriari de sublimitate dignitatis, nisi habeat vitam condecemtem dignitati; Judas enim fuit unus ex discipulis Domini, et tamen perditus et damnatus est. *Super Joan., cap. 12.*
25. Ascendere ad dignitates non est aliud, quam sibi precipitium præparare; et tanto magis, quanto ascenditur sublimius. *Serm. 7, de St. Apostolis.*
- S. CYPRIANUS.** 26. Fœnore quodam nocendi quam fuerit amplior summa dignitatis, et honorum, tam major exigitur usura penarum. *Ep. 2, ad Donatum, cap. 9.*
27. Nefas est etiam quæ bona sunt, non ex dignitate tractare. *Epist. 8, ad Demophilum monach.*
- EVAGRIUS.** 28. Deo dignum te istud reddet, si nihil ipso indignum committas. *De Octo vitiosis cogitat.*
- S. EUCHEBIUS.** 29. Due res præcipue sunt, quæ maxime homines in negotiis sæculi victos tenent, et eblanditis sensibus capios, illecebrosos amore constringunt; opum voluptas et honorum dignitas. Quorum prior non voluptas sed egestas; sequens, non dignitas sed vanitas nuncupanda est. *Prosec.*
30. Hæc pestifere pectoribus humanis, blanda desideris vitia inspirant, defatigatasque mentes mortalium facili jucunditate sollicitant. *In Epist. parenetica ad Valerian.*
31. Ad dignitatem promiscue cum bonis mali ambitione conscendunt. *Prosec.*
32. Non unius meriti viros unus honor ambit, dignosque et indignos non jam discernit dignitas, sed confundit. *Ibid.*
- GLOSS. ORD.** 33. Dignus est, qui salvat indignum; et ex dignitate sua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. *Sup. Orat. Manass. in illud: Quia indignum salvabis.*
34. Homo vicinior luci, sentit quid ante fuit; et quo est dignior, sibi videtur indignior, et longe esse quo propior. *Super Job, cap. 38.*
35. Propensius malum est, dignitatem perdidisse, quam non habuisse. *Super Ep. ad Rom., cap. 9.*
36. Dignitas contemptibilis est sine subjectis; officium enim est, per quod dignitas constat. *Sup. 1, ad Cor. cap. 12.*
- GRATIANUS.** 37. Nisi digni digne a dignis promoveantur, dignitates esse desinant. *In Decret., parte 2, causa 1, can. Remissionem. § Sed.*
38. Ipsa occupatio sæcularium dignitatum, tanto facilius vitis premitur, quanto majoribus curis gravatur. *Lib. 17, Moral., cap. 12.*
39. Mens humilis, unde dignior efficitur, inde sibimet indigna videtur. *Ibid., lib. 32, cap. 1.*
40. Quid sunt aliquid labentium dignitatum infule, nisi pulvis? Libro 2, in *Regum, cap. 1, sup. illud: Suscitans de pulvere egenum, etc.*
41. Digne indigniore recipiunt, qui indignum indigne ejicere præsumunt. *Ibid., lib. 4, cap. 4.*
42. Non timeas ne indignus videaris, nisi omnino indignus haberi velis. *Orat. 5, de Sua ex-cusat.*
43. Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. *Epist. 1, ad Heliador.*
44. Quamvis clarus honor sit, vilescit in turba; et apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam multi indigni possident. *Ep. 26, ad Pam-mach.*
45. Quodcumque in Conditorum præsentis temporis videtur indignum, hoc etiam eo donante non est indignum. *Epist. 15, ad Pam-mach.*
46. Raro per gradus dignitatis ascendit homo, quin multo gravius non descendat. *In Regula monach., cap. 13.*
47. Non dignitas et nomina dignitatum, sed opus dignitatis salvere consuevit. *Super Sophon., cap. 3, sup. illud I Tim. 3: Qui episcopatum desiderat.*
48. Frustra jactat dignitatem, ejus opera non exhibet. *Sup. Malach., cap. 2, sup. illud Aggei, 2: Interrogate sacerdotes.*
49. Non sequitur, est indignus omni bono, ergo est dignus omni malo. *Super Gen., cap. 13.*
50. Dignus est, qui salvat indignum, et ex dignitate sua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. *Sup. Orat. Manassis, in illud: Indignum salvabis me.*
51. Unde mens dignior efficitur, inde sibi indigna videtur. *Super Psalm. xxxix.*
52. Quæcumque mundus oseatur osculo colate dignitatis, tradit in mortem. *Sup. Proverb., cap. 31.*
53. Dignitas et potestas, male jaacent in pulvere; honor et gloria male sedent in cinere. *Libro 2, de contempta mundi, cap. 37.*
54. Nihil prodest dignitas natura concessa, nisi et voluntatis accedant ornamenta. *Hom. 67, sup. Gen.*
55. Dignitas humanæ originis facile agnoscitur, considerata sublimitate auctoris. *Serm. Quo-modo primus homo omni prælati sit creatura.*
56. Indignum quisquis se existimat, fit omnino dignissimus. *Hom. 3, sup. Matth. Oper. perf.*
57. Nulla re Deus magis offenditur, quam si qui indignus dignitate præfulgeat. *Ibid., hom. 41.*
58. Dignitates ad multa obscena hominem inducunt. *Ibid.*
59. Valde magno animo sublimique opus est

- ingenio, ut dignitate uti, non abuti possis. *Ibid.*
60. Dignitates hujus sæculi temporariae sunt, et simul cum hac vita deperunt; et tamen pretio venales habentur. *Serm. 1, Super ep. ad Rom.*
61. Sicut dum ignoratur, dignitatis magnitudo sequiores facit eos, qui honorantur; ita si noscatur, gratos reddit et magis studiosos efficit. *Homil. 21, ad Populum Antiochenum.*
- JOAN. TRITH.** 62. Qui alios præcedit dignitate honoris, condecens est ut præcedat eisdem perfectione virtutis. *Epist. 1, ad novum Presbyt.*
- S. ISIDORUS HISPALENS.** 63. Qui non se dignum existimat, locum ejus, qui dignus est, non præoccupet. *Lib. 3, de Sum-bono, cap. 33, sent. 1.*
64. Plerique abjecto opere dignitatis, solam nominis appetunt dignitatem. *Ibid., cap. 34, sent. 5.*
65. Tanto majori humilitate conspicuus esto, quanto magna est dignitate prelati. *Libro 2, de Synonym., cap. 16.*
- S. ISID. PELUS.** 66. Firma et stabilis dignitas virtute comparatur. *Libro 2, Epist. 291, ad Serenum.*
- LACT. FIRM.** 67. De dignitate contendere, nihil foedius, nihil arrogantis, et nihil a sapientis ratione remotius. *Lib. 5, de Divin. inst., cap. 16.*
- S. LAURENT. JUSTIN.** 68. Sine humilitate procul dubio nullus in dignitatis culmine positus valet esse securus. *De Regimin. prælat., cap. 14.*
- S. LEO PAPA I.** 69. Quid tam insolitum, tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humilis, dignitas non merenti? *Ser. 2, in Anniversa. die assump. ejus ad Pontific.*
70. Gravi semetipsam afflicti damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. *Ep. 87, ad Episcop. African., cap. 11.*
- MINUT. FEL.** 71. Vanus error hominis, et iuavis cultus dignitatis est, fulgere purpura, mente sordescere. *In suo Oclavio.*
- S. INNOC. III.** 72. Quot paupertas ad cælum promovet, tot cum dignitatibus suis infernus absorbet. *Ep. 131, Ad quemdam Priorem.*
- S. JOANNES CHRYSOST.** 73. Sicut alios dignitate præcellis, sic vitæ meritis antecedas. *Ibid., ep. 132, Ad quemdam Abbat.*
- S. PETRUS DAMIANUS.** 74. Qui tante dignitatis administras officium, formidabile valde est, si te reddas aliquando torpore desidiæ resolutum. *Lib. 8, ep. 2, ad Cinthium præfæct.*
75. Quanto gloriosius est in obtinenda dignitate fastigium, tanto durius erit in reddenda ratione iudicium. *Opusc. 57, dissert. 1, cap. 1.*
- SALVIANUS.** 76. Quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? *Libro 4, de Gubernat. Dei.*
77. Quid omnium aliud dignitas sublimium, quam proscriptio civitatum? *Prosec.*
78. Ad hoc enim dignitas a paucis emittur, ut eunctorum exactioe solvatur: reddunt miseri dignitatum pretia quas non emunt.
79. Commercium nesciunt, et solutionem sciunt: ut pauci illustrentur, multi evertitur. *Ibid.*
80. Si dignus sit, qui dignitatem assequitur, ad animi fructum accedit suavissimum: sin multum rei dignitate sit inferior, acerbam futuri spem proponit. *Epist. 165, ad Fratres, in principio.*
81. In dignitate constitutus, ratione sublimioris gradus debetur honor, timor ratione potestatis, obedientia vero officio gubernationis. Secunda secunde, questione 102, art. 2, in corp. ad 3.
82. Quam multi in humili statu salvarentur, qui in alto dignitatis gradu positi pereunt! *Ser. VILLA NOVA. Dom. 3, Advent.*
83. Altitudo dignitatis officii, quasi precipitium timenda est; magnus status, sed majus pondus. *Ibid.*
84. Magna dignitas, laboriosa et periculosa est. *Ibid.*
85. Oportet te tantum cæteros præcedere virtute, quantum præcedis dignitate. *Ibid.*
86. Ubi indignitas dominatur, nolari actus suos æstimat, si illaudatus abscedat. *Hom. 14.*
- SENTENTIA PAGANORUM.**
87. Qui exiguis dignus, magnis ac honorabilibus se dignum arbitratur, hic est exiguis dignus; magnæque affectans, vituperationem meretur; dedecens enim id est, ac minime honestum, præter dignitatem quippiam consequi. *Libro 3, Ethic. ad Eudomium.*
88. Non potest, qui dignus habetur, indignus putari. *De Petit. consul.*
- CICERO.** 89. Loco ignominie, est apud indignum dignitas. *In suis Sentent., sent. 210.*
90. Confragosa in fastigium dignitatis via est, Ep. 84.
91. Facilius crescit dignitas, quam incipit. *Ep. 101.*
92. Multo potior esse debet probis vita sine dignitate, quam dignitas sine vita. *Lib. 3, dictator memorabil. cap. 2.*
- Vide etiam tit., *Cadere, sent. 4; Differentia, sent. 11; Electio, sent. 42; Felicitas, sent. 72; Nomen, sent. 11; Osculum, sent. 41; Papa, sent. 19; Sacerdotis dignitas, per totam.*
- S. SYNESIUS EPISCOPIUS.**
- S. THOMAS AQUINAS.**
- S. VALERIAN.**
- ARISTOTEL.**
- MINUT. PUBL.**
- SENECA.**
- VALERIUS MAXIMUS.**